



Als Tauschgegenstand

Nach. an Fh 3378

(3340)

MELETEMA THEOLOGICVM
DE
VISIONE ELIPHAZI

Iob IV. 12 -- 21.

NON FICTA SED VERA NON DIABOLICA
SED DIVINA

QVOD

IN SOLEMNI DOCTORVM
THEOLOGIAE PANEGYRI

D. XXIX. APRIL. A. R. S. MDCCLI.

IN ACADEMIA LIPSIENSI

CELEBRANDA

EXHIBET

L. CHRISTIANVS GOTTLOB
E I C H L E R

ARCHIDIACONVS AD AEDEM D. NICOLAI

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

MILITARIA THEOLOGICA
DE
VISIONE ELIPHAN
IN SOLIDIS OCTO
THEOLOGAE TAVRO
M. A. G. N. I. C. O.
IN ACADEMIA LIPSIS
C. E. L. S. I. A. N. D. A.
L. I. P. S. I. A.
L. CHRISTIANVS GOTTLOB
E. I. C. H. L. E. R.

L 228/1



I N C L Y T A E
REIPVBLICAE LIPSIENSIS
S E N A T V I
M A G N I F I C O



Y I R I S
I I V S R I B V S
M A G I S T R I S P R I N C I P I S
L I M G E Y T A E S I M I S
R E P U B L I C A E F I R S T I S S I M I S
I I V S R I B V S
S E N A T U S
M A G I S T R I S P R I N C I P I S
I I V S R I B V S
M A G I S T R I S P R I N C I P I S
I I V S R I B V S
M A G I S T R I S P R I N C I P I S
I I V S R I B V S



VIRIS
ILLVSTRIBVS
MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS
AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS
PRVDENTISSIMIS
CONSVLIBVS
PROCONSVLIBVS
AEDILIBVS
SYNDICO
PRAETORIBVS
ET RELIQVIS
SENATORIBVS GRAVISSIMIS

CIVIVM DELICIIIS
LITTERARVM PATRONIS
DISSERTATIONEM HANC ALTERAM
INAUGURALEM
PRO BENEFICIIS CVMVLATISSIME PRAESTITIS
GRATISSIMI ANIMI
MONVMENTVM

D. D. D.

L. CHRISTIANVS GOTTLOB EICHLER.



§. I.

Superiore tempore, cum pro Licentia summos in Theologia honores suo quondam ordine capeffendi ex more maiorum Disputatio academica conscribenda esset, quaedam edidi super Patientia Iobi et sine Domini. Propositum erat mihi, historiam Iobi, tot difficultatibus obseptam, aliquo modo illustrare, eandemque potissimum a recentiorum quorundam hypothefibus vindicare, quum veterum haeresibus dudum ab aliis sit satisfactum. Incidi in Reu. IACOBI KOCHII librum, qui inscribitur recht beleuchtetes Buch Hiobs, in tres Tomos diuisum. Offendi in hoc ipso libro quam plurima paradoxa, digna, quae sub acrius examen vocarentur. Res omnis ad duo potissimum momenta redire visa est, quorum prius ipsas linguae Hebraeae origines, alterum nouam Iobi interpretationem occupat. Nimium ab instituto meo recessissem, si singula prolixius discutere voluissem, nec tempus, cuius arctis limitibus circumscriptus eram, suppetiisset; proinde summa tantum capita delibare constitueram. Sed hi ipsi conatus nostri, quos Viris eruditis non prorsus displicuisse grata mente praedico, grauerunt offenderunt nostrum; qua de causa vindicias Iobi sui non ita multo post edidit, ^{a)} in quibus,

a) Inscribuntur hae Vindiciae: Etwas zu dem recht beleuchteten Buch Hiobs.

bus, postquam ad nonnulla, quae in elegantissimo quodam Diario Ienenfi, Vol. II. p. 884. ^{b)} monita fuerant, responderat, arma sua in me conuertit. Serena fronte, non sine animi concitatione, scripta legi, me causa mea nondum cecidisse, sed eam adhuc incolumem stare vidi, nec opus fore existimaui, vt carum mihi tempus refellendis his Vindiciis tererem, cum periti harum rerum iudices ipsi facile pronuntiare queant, a cuius parte stet veritas. Operam cum oleo me perditurum credidi, si cum aduersario pugnam inirem, qui, dum aliorum conscientiam testatur, ipse suam non satis tuetur. Quod, vt demonstrarem, satis erit, pauca tantum in exemplum attulisse. Vir doctus, me obiter tantum commentarios suos legisse, credit, qui decies forte repetiti placebunt, oblitus obscurissimi stili, neque in societate, quae linguam colit Teutonicam, admittendi, quo animi sensa, forte non magis perspicua, protulit. Quidsi etiam illum ipsum ne tituli quidem meae Dissertationis latius inspecti arguerem, quam de patientia lobi *in fine* Domini inscriptam refert? Obiicit errorem, mihi non imputandum, qui, vrgente prelo, male picta et subinde interpuncta alienis oculis, casu quodam impeditus, lustranda tradideram, quo factum est, vt §. IX, vbi negatum iui, vocem ררה interpretandam esse per Aegyptum, et ad quaedam Scripturae loca prouocauit, verba, quae ita concepta erant: Ter adhuc haec vox in Iobo occurrit et alibi, superbiam innuens, Iob. IX. 13. Ef. XXX. 7. Pf. XL. 5. aliter legantur, capitibus recte, libris minus recte citatis, immo plane omissis. Pleraque appello Dissertationis exempla, hinc inde distributa, et errore liberata, in singulis per temporis angustias non emendando. Ad haec igitur loca, quae Iob. IX. 13. Es. XXX. 7. et Pf. XL. 5. prostant, et Viro doctissimo, BVXTORFFII Concordantias Hebraicas euoluenti, ignota esse non poterant, erat respondendum. Nunquam negaui,

הרה
b) Prostat sub titulo: Nachrichten von den neuesten theologischen Büchern und Schriften. Auctor est Summe Reuerendus D. FRIDERICVS GVILIELMVS KRAFFT, iam apud Gedanenses Reuerendi Ministerii Senior Grauilimus, qui etiamnunc vtilissimum hunc laborem sub titulo: Theologische Bibliothec, continuat.

ארץ מצרים אנטονομασταν Aegyptum innuere posse, et insignem
 ferociam ominari, qua incolae ob foecunditatem terrae et
 omnium rerum affluentiam se efferebant, allusione, si ita
 placet, facta ad illud Πιβ, vel Πιβ; Aegypti inferioris nomen,
 de quo vide SAM. BOCHARTVM, in Geographia S. Lib. IV.
 cap. 24. nisi forte recentioris hoc est originis, quemad-
 modum diuersae est potestatis. Interim hanc in rem inter-
 pretes potissimum Πι LXXXVII. 4. Ef. LI. 9. citare, imo et-
 iam Ef. XXX. 7. addere solent, sed ab vno et altero Sacri
 Codicis loco ad omnes non valet consequentia, neque sensus
 vocis natius et proprius est deserendus, vt tropicum
 effingamus. Qua autem fronte negare potuit Vir doctus,
 se vquam statuisse, quod Iobus de arce sua in Ezeongeber
 transitum Israelitarum per mare conspexerit? Nonne oportebat
 esse memorem eorum, quae ad caput Iobi XXVI. obserua-
 uerat? Mala profus fide agit, dum, quae ad rem suam facere
 non videntur, praetermittit; sic in eruenda notione vocis ארץ,
 ad locum obiectum Gen. VIII. 21. non respondet, alia quae-
 rens effugia; sic verba Eliphazi, a Paulo 1 Cor. III. 19, cum
 solenni θεοπνευσίας elogio, γεγραπται γαρ, allegata male
 confert cum Arati verbis, a Paulo alibi citatis. Vbi, quaeso,
 vquam Paullus, dum ad testimonium quoddam profanum
 prouocat, haec addit: Καθως γεγραπται? Quam plurimis ad-
 huc aliis exemplis malam aduertarii nostri fidem, malumque
 animum, quo secus sentientes fert, demonstrare possem,
 nisi, haec sufficere, quilibet harum rerum peritus intelligen-
 ret. Fontem omnium, quos Vir Clarissimus in interpreta-
 tione Iobi commisit, errorum esse visionem Eliphazi, Iob.
 IV. 12-21. pro illusione diabolica male habitam, supra do-
 cui. In hac arce defendenda totus occupatur. Rei igitur
 bonae me optime consulturum forte credidi, si hanc arcem,
 quoad eius fieri potest, destruerem, demonstrando, visionem
 illam non fictam, sed veram, non diabolicam illusionem,
 sed oraculum vere diuinum esse. Faxit Deus feliciter!

§. II.

Antequam vero rem ipsam aggrediamur; pauca de Eli-
 phazo ipso et sine, quem ad hanc visionem prouo-
 cando

B

cando intendit, praemonenda existimamus. Sacer quidem codex nihil, nisi nomen et cognomen viri exhibet אֱלִיפָאז הַתִּימָנִי. Iob. II. 11.; vtrumque tamen et genus et patriam non obscure arguit. Non est dubium, quin ab Esauo feu Edomo familiam duxerit per Gen. XXXVI. 10. 11. Scilicet primus natu Esauī filius erat Eliphazus, Eliphazi Theman, a quo vrbs et regio quaedam Idumaeae nomen accepit, quae ipsa per Synecdochen in Sacris libris quandoque Theman appellatur, Ierem. XLIX. 7. Ezech XXV. 13. Dubium vero est, quotus ab Esauo fuerit noster, an filius, an nepos, an pronepos? Rem si curatius inuestigamus, videmus, Eliphazum omnino Esauī pronepote[m] esse. Quod, ne gratis asseramus, argumentis euincimus non contemnendis. Primum ab ipso petimus nomen. Quid enim Themanites, quaeso, aliud indicat, quam filium Themanis? Erant cum HIERONYMO, qui Eliphazum sic dictum volunt, quod genuisset Themanem. Solent enim filii a patribus, non patres a filiis denominari. Hic ipse Theman itaque per Gen. XXXVI. 11. Eliphazum habuit patrem, et per Iob II. 11. eiusdem nominis filium. Alterum repetimus a temporis rationibus. Constat ex iis, quae in Dissertatione, de patientia Iobi §. IX. disputauimus, Iobum ante Mosē eo ipso tempore, quo Israelitae in Aegypto adhuc affligebantur, vixisse; iam si Eliphazus noster fuit filius Esauī, Iobi Eliphazo propemodum aequalis aetas incidet in tempora Iacobi Patriarchae, quod falsum est. Si nepos idem, historia Iobi conspirabit cum temporibus Iosephi, quod perinde falsum. Eliphazus aetate prouectus erat, cum Iobus aduersis premere[re]t fati[s]; proinde primas etiam tenuit inter amicos, suamque ipse senectutem designauit Iob. XV. 10. Egregie haec conueniunt cum hypothesi de Eliphazo nostro pronepote Esauī. Duxit enim Esauus matrem Eliphazi senioris anno aetatis suae quadragesimo Gen. XXVI. 34. Hinc vsque ad ingressum Iacobi in Aegyptum fuere anni XC, ad mortem Iosephi autem CLX. Ergo Eliphazus pronepos temporibus Kahati et Amrami, in quae Iobi fata incidisse videntur, octoginta annis maior fuit. Idem ipsum nomen אֱלִיפָאז, gentem et patriam

patriam Eliphazi nostri innuit. Incoluit quippe regionem Themanicam, a primo reipublicae eius conditore appellatam. Assentiunt nobis *ε* *υ*, quanquam in eo errent, quod regem Themanensium esse velint. Certe textus Ebracus regiam Eliphazi, perinde ac Iobi et reliquorum amicorum dignitatem prorsus ignorat. Id quidem indubium crediderim, Eliphazum inter Themanitas auctoritate et sapientia eminuisse. Arabes vulgo omnes et praesertim Themanitae sapientiae fama celebrantur Ier. XLIX. 7. Baruch. III. 22. 23. Proinde Pythagoram Arabiae Philosophos inuississe, ut eorum doctrinis proficeret, PORPHYRIUS docet. Veram summi naminis cognitionem nemo nostro Eliphazo denegabit, quae subinde de causis immisarum a Deo calamitatum et probationum finibus, de natura, attributis, operibus, iudiciis, voluntate Dei et fide promissionum subtilium, quam omnes philosophi gentilium, disputavit, expendit. Familiare ipsi cum Deo commercium intercessisse, ex Iob. XLII. constat, de quo commercio et alloquio diuino, quo Eliphazus noster gauisus est, paullo post vberius exponemus, ubi prius de fine, quo, quae aduersus Iobum disputavit, protulit, fuerimus solliciti.

§. III.

Eliphazus in eo erat, ut pro certo haberet, omnia ex Dei numine fieri: iustissimum numen suum cuique tribuere: neminem impune peccare; ubi aduersitates, ibi scelera, calamitatum merita, quae, quo grauiori cum impetu irruerent, eo maiorem flagitiorum cumulum proderent. Quibus praemisissis inferebat, Iobum, praec aliis afflictum, praec aliis etiam peccasse, qui proinde ad seriam poenitentiam sit cohortandus. Tantum adest, ut virum bonum omne tulisse punctum statuamus, ut potius, eum in thesi perinde ac in hypothesi saepius errasse largiamur. Iliacos intra muros peccabatur et extra. Iobus cap. III. calamitatum grauitate, vlcerum aestu, suspicioso amicorum silentio abreptus, sortem suam acerbius lugebat, nonnulla כלי רעה בלי pronunciando, minime ab omni labe pura, etsi non ad litteram, sed ad hyperbolicam orientalium indolem exigenda. Et quidem

B 2

V. I - 10.

v. 1-10. natalibus suis imprecatur, v. 11-19. mortem in ipsis vitae initiis sibi non obuensisse luget; v. 20. usque ad finem, animo suo se concipere posse negat, cur vita acrumosissimo mortali mortem anhelanti prorogetur. Alienissimum foret ab instituto nostro, si singula haec ulteriori examini subiicere vellemus; vnum hoc monuisse sufficere, duo extrema in interpretanda hac Iobi oratione diligenter esse cauenda, ne scilicet peccetur vel in excessu, vel in defectu. In excessu peccant, qui Iobum blasphemiae vel impatentiae reum peragunt, quod si ita esset, actum foret de egregio virtutis exemplo, quod Iacobus in perferendis aduersis sinit Cap. V. 11. Quilibet optimus verborum suorum interpres esse debet. Iobus mentem suam perspicue satis et saepius declarauit, quae nunquam a fide et pietate in Deum sit recessura Cap. XIII, 15. XXI, 16. Ad hanc eius mentem, quae nonnunquam durius dicta videntur, sunt exigenda. Dandum est aliquid ori et mori Arabico omnem, quam linguae copia subministrare potest, verborum grauitatem spiranti. Dandum etiam aestui doloris, sicuti datur aegrotis, quem morbus acutissimus angit. Vtique Iobus rectius fecisset, si in silentio patientiae perseverasset; sed quis est, qui tor calamitatibus tantum non obrutus, adeo fortiter se continere potest, vt ne vno quidem verbo praecipiti peccet? Idem de Iobo valet, quod Iacobus de Elia pronuntiat: *Ελιος ην ανθρωπος ομοιωσας ημιν.* c) Neque Satanas Iobum tentauit, neque Deus tentationes grauissimas permisit, vt *ανομαρτησιον* Iobi, sed vt sinceram et constantem pietatem experiretur; neque qualemcunque impatentiae motum ο *περρασαν*,

c) Distingue inter peccata malitiae et infirmitatis, a qua nemo mortalium est immunis; de qua differentia vide B. GE. SAM. WAGNERI Dissert. II. de discrimine peccatorum malitiae et infirmitatis Lipsi. 1726. *Ευπεριστος αμαρτια*, cuius illecebris pii acriter resistunt, tunc inprimis se exferit, vbi δι *υπομονης* decurrere debemus *τον προκειμενον ημιν αγωνα*. Ebr. XII. 1. qui, quo acrior est, erat autem in his Iobi aduersitatibus acerrimus, eo difficilius omnes animi commotiones, frenum mordentes, compefcuntur. Sanctissimi viri perturbationibus obnoxii fuerunt, vbi faciem gratiae diuinae absconditam experti sunt. Pf. XXX. 8.

caſus, ſed ipſam a Deo defectionem intendit. Adde, non evidentiſſimum extare afflictionum vix ferendarum, quibus vtrinque fuit obrutus, quam quod, fide immota ſuccinctus, vir conſtantiffimus in has tandem voces poſt tot ſpecimina incredibilis patientiae eruperit. Niſi huc fuiſſet abreptus, merito nunc omnes ſtatuemus extraordinarium gratiae diuinae influxum, qua mens Iobi noſtri fuerit confirmata; Satanas etiam nouam calumniandi occaſionem nactus foret, mirum non eſſe, ſi ſub iectibus, extus impoſitis ne nutet quidem, qui intus maneat intactus a telis irae diuinae, quin immo Deum ſibi praefentiſſimum ſentiat. Abſit igitur, vt cum IOH. CLERICO, Iobum ſpem vitae futurae abiectiſſe, aut certe incertam eius cognitionem habuiſſe, ſtatuamus, quod, quiſquis beatam vitam expectat, nunquam ſe optet in natura non fuiſſe; quandoquidem breuiſſima mala ſempiternae felicitati nequaquam vlla ratione aequiparari poſſint. Recte ſane, ſi ratio loquatur, non adfectus iſque vltra, quam dici poteſt commotus. Optime Celschvltens in incomparabili commentario ad librum Iobi, eiusdemque cap. III. iudicat: vbi ratiocinatio viri docti, (Clericum puta,) ſtat, nemo futurae vitae ſpem fouens, eo, vſque vi dolorum aeſtuantium vnquam poterit abripi, vt acerbius fortem ſuam deploret. Duram proſecto regulam, ad quam nemo velit ſpem, fidemque ſuam explorari. In defectu peccant, qui omnes Iobi ſermones culpa vacare contendunt. Ridiculus eſt IOH. DE PINEDA, qui in vaſtiſſimo commentario ſuo ſect. 8., quicquid Iobus hic lamentatus eſt, puro perfectiſſimoque Dei amori tribuit. Longe commodius ſentit AVG. CALMETVS, in commentario literali in ſacram ſcripturam Tom. III. p. 570. vbi nonnulla vehementius dicta concedit, eſſi Iobum ab omni impatientiae motu penitus abſoluat. Eodem defectu laborare etiam videtur nouus noſter Iobi interpres; negat quippe, Iobum vnquam natalibus ſuis imprecatum eſſe, negat, vocem לל hanc obtinere notionem et loca, a nobis allata, aut praetermittit, quorſum inprimis ſpectat inſignis ille locus Gen. IIX, 21. aut parum, quod ad rem facere queat, reſpondet; ipſum

Deum sermones Iobi rectos iudicasse, proinde a nemine incul-
 pandos esse, secus vero se habere disputationes amico-
 rum eius, ex Iob. XLII. 8. affirmat et consensum *aromus*
 Theologi laudat. Nos nunquam asseruimus, singula, quae
 ab amicis disputantur, esse oracula diuina; vltro concessi-
 mus, eos in doctrina de prouidentia diuina et fati piorum
 parum veratos fuisse, cum falsissime assererent, piis semper
 bene, impiis male esse; ex quo falsissimo assero, cum ad
 Iobum, eiusque fata et factorum causas inferrent, et veri-
 tatem et amorem grauissime laedebant. Nec tamen Iobus,
 omni culpa vacare, existimandus est, qui partim in ipsis
 disputationum incitiis nimium dolens, partim in progressu
 nimium iustitiae causae suae confusus, nonnulla, quae non
 debebat, protulit. Ipse Deus, iustissimus iudex, Iobum
 nostrum, quod impudentius ad suum tribunal prouocasset,
 iterato congressu arguit Cap. XXXII. et XLI.; neque Iobus
 negat se Deum aestuantibus verbis offendisse, sed iterum
 iterumque culpam deprecatur Cap. XXXIX, 37. 38. Cap.
 XLII, 3. 6. Oraculum igitur diuinum, ad quod noster in-
 terpres prouocat, Eliphazo factum: לא דברתם אלי נכונה
 חיה כעברי איהב sine vlla restrictione non est accipiendum, qua-
 si nihil non exactissimum et iustissimum in dictis Iobi sit,
 cum ipsa Dei oratio inuictiua contrarium doceat. Illud
 נכונה, quod Iobo hic attribuitur, nequaquam pugnat cum
 excessu quandoque facto. Omnem blasphemiam et im-
 pietatem ab ore aequae ac mente Iobi procul remotam fuisse,
 sapienter monuimus. Potissimum tamen hoc נכונה ad sta-
 tum controuersiae reuocandum esse, nemo non videt. Certe
 Iobus multo magnificentius et rectius de maiestate, sanctitate,
 iustitia, potentia, sapientia Dei infinita differuerat, ac socii,
 quorsum inprimis respicit *אלי* de me, quo non in genere
 omnia Iobi dicta, sed illa tantum effata, quae de Deo eiusque
 prouidentia, res humanas dispensante, protulit, indicantur.
 Recte egit, quod se integrum vitae, scelerisque purum defende-
 ret; recte, quod calamitates grauissimas, praeter culpam suam
 grauiorem sibi immissas statueret: recte, quod, prouidentiam
 diuinam ad leges nostras exigi posse, negaret; recte, quod,
 malis

malis in hac vita bene, bonis male multa euenire, inferret, recte, quod, quamuis iratum sibi Deum falso crederet, omnemque spem restitutionis abiceret, eius tamen religiosissimum metum et amorem constanter retineret: recte, quod diabolo non obediret, ignita tela procul dubio in nostrum dies noctesque intorquenti, vt ad defectionem pelliceretur, sed se innocentem sub hisce fatis expirare malle profiteretur, quam fidem prodere, et conscientiam violare: recte, quod, etsi impios felices viuere et mori sciret, tamen conclamatissimam suam fortunam cum ipsorum illa, ad mortem expiratura, commutare se nolle affirmaret. Haec et alia, qui perpenderit, non quaeret, qua ratione Iobus עֲבֵרָה de Deo differuisse iudicetur, quamuis modum et modestiam in querelis mouendis, et potissimum in prouocationibus non tenuisse reperiatur. Sed has ipsas etiam prouocationes quodammodo defendere sustinuit Cel: SCHULTENS in Comment. Cap. XLII. p. 1223. Quid multis? ipse noster interpres, Iobum nonnulla minus recte in cap. III pronuntiasse, eorumque veniam cap. XXXIX, 37, 38. petiisse, asserit, quod, qua ratione cum iis, quae in Apologia p. 27. et passim prostant, conueniat, non equidem perspicio. Iniquum me in Iobum, patientiae exemplum, credit: sed vter nostrum iniquior, qui Iobum cum motibus impatientiae aliquamdiu luctantem tandem vicisse ait, an qui eum superstitionis impiissimae, de influxu siderum in natales hominum eorumque fata, suspectum reddit? Ita enim Iobus, ex sententia nostri Interpretis, in toto cap. III. portentosum siderum positum in natali anniuersario conspicuum enarrauit. Neque est, quod Vir doctus excipiat, se ipsum Iobum ab hac suspitione liberasse. Tribus saltem verbis id in Porismatibus factum, non vero probatum esse, video. Iobus ipse se ab hac suspitione liberare debebat, neque fortius suppetebat argumentum, socios suos conuellendi, quam negatio influxus siderum in res humanas, quod, cum Iobus neglexerit, et tamen de infelici constellatione conquectus fuerit, sane turpissimae huius superstitionis reus esse putatur. Sed redeundum est in viam, a qua defleximus.

Eliphazus

Eliphazus acerbissimis Iobi lamentis commotus, Dei, cuius sapientiam et iustitiam laesisse videbatur, causam acturus, nec suam, ut fere fit, neglecturus, in arenam aduersus amicum primus descendit, atque acriter in eum inuehitur Cap. IV. et V. Nos potissimum in Cap. IV. haeremus, cuius tres partes constituimus. 1) fractus Iobi animus notatur v. 1-5. 2) omnis eius indoles iniquitatis accusatur v. 6-11. 3) haec ipsa accusatio nocturna visione magis confirmatur. Vnde Iobus ad respicientiam et confidentiam in Deo, non in sua ipsius iustitia, inuitatur cap. V. quod, si fecerit, liberatio ex aduersitatibus promittitur. In primis obseruari meretur v. 7., ubi Eliphazus sibi sibi cupit vnicum exemplum hominis, qui, integer vitae, in tam graui iudicia Dei incidit, quem ille contra largum indicem eorum se daturum promittat, quorum sceleribus debitas poenas tardiores grauitas tandem compensauerit. Ea totius disputationis inter Iobum et amicos, tanta cum animorum commotione habitae, cardinem; quem si quis non obseruet, genuinum sensum nunquam attinget, sed cum nouo Interprete in aliena quaeuis delabatur. Non disputat Eliphazus de communi hominum sorte, sed singulari fato, quale nunc Iobus expertus fuerat, ex summo felicitatis fastigio, vno velut ictu, ad infimum miseriae gradum deturbatus. Id non, nisi a Deo, grauissimis sceleribus summe offenso, immitti, atque ideo Iobum frustra innocentiam suam iactitare, diuinamque iustitiam imminuere, affirmat. Dicitis ut maiorem conciliet fidem, prouocat ad visionem, qua causa aduersus Iobum suscepta euinci, et loquenti maior auctoritas conciliari posse videbatur.

§. IV.

In hac ipsa visione enarranda Eliphazus ita versatur, vt
 1) indolem eius et circumstantias v. 12, 16. 2) summam eorum, quae auribus perceperat, exponat v. 17, 21. Interpretes si consulimus, diuortia sententiarum animaduertimus. Sunt, qui omnia ab Eliphazo conficta volunt: sunt, qui pro somnio naturali habent: sunt, qui diabolicam illusionem
 nem

nem concipiunt; sunt denique, qui pro diuino oraculo reputant. De singulis seorsim.

§. V.

Quod ad eos attinet, qui totam visionem ab Eliphazo confictam volunt, MVNSTERVM, CLARIVM, LYRANVM in ea sententia fuisse, ex Bibliis Criticis Anglicanis Vol. III. cognoui. Audiamus eorum argumenta. Dicunt, fieri omnino potuisse, vt Eliphazus eiusmodi fictionibus lobo illuderet; hanc perpetuam Pseudo prophetarum consuetudinem fuisse, vt visiones diuinas fingerent, seque afflatus spiritu diuino iactarent; exempla profare 1 Reg. XXII, 6. Jerem. XIV, 14. et alibi passim: ipsas ampullas et fessquipedalia verba totius huius narrationis suspectam vtique reddere fidem; ipsum Deum Eliphazum redarguisse, quod לא נכונה disse-ruerit, atque adeo temere effinxerit, quae nunquam diuinitus audisset; quin immo, ipsum oraculum ita se habere, vt nihil contineat, quod non a quouis, leuiter tincto, sine vlla reuelatione possit cognosci.

§. VI.

Respondeamus ad singula: *Primum* argumentum pro-
fus ασυμβελον esse videtur, quandoquidem ad posse ad esse non valet consequentia, neque cum indubia Eliphazi pietate consistere potest. Sane, qui vaticinia et visiones ementitur, in stadio malitiae longissime processisse oportet. *Alterum* petit principium nunquam comprobandum, Eliphazum Pseudo-prophetis esse annumerandum. Ipsa eius cum lobo amicitia et diuturna consuetudo aliud euincit, immo ex Job. XLII. contrarium discimus, scilicet, Eliphazum vere diuinis reuelationibus subinde instructum fuisse, quod, quam alienum sit a caractere falsi prophetae, nemo non videt. *Tertium* falsa nititur assertionem, totam visionis huius enar-
rationem ita esse conceptam, vt suam ipsius fidem lace-
fat; siquidem inter omnes constat, similes immo easdem cir-
cumstantias in reuelationibus aliis, sine dubio diuinis, oc-
currere, confer Gen. XV, 12. XXVIII, 17. 1 Reg. XIX, 11.
et XXII, 17. 19. Dan. VIII, 1. 15. 18. et X, 5. 10. Nemo
vnquam, haec exempla in suspensionem inducere, ausus est.

C

Quarto

Quarto qui vtuntur argumento, rem suam ipsi euertunt, quum ex Iob. XLII. difertissime constet, non Eliphazum solum, sed et reliquos amicos a Deo fuisse reprehensos, non, quod visionem ementiti fuerint, sed quod minus recte de Deo disputauerint. Profecto, si tale quid commississet Eliphazus, non impune peccasset. *Vltimum* denique in eo laborat, quod sciamus, Deum etiam ex natura cognoscendas veritates reuelationibus immediatis vberius cum explicuisse, tum confirmasse; de quo quidem argumento infra, vbi de fine, quem Deus intendit, exponemus, disputabimus.

§. VII.

Esse, qui visionem, de qua controuertimus, pro somno naturali habent, etsi dubie de illo pronuntient, monet S. Ven. BAVMGARTEN in Commentario in Iobum suscepto §. 239. not. c. Sine dubio illam SCVLTEI coniecturam respicit, quae in POLI Synopsi Crit. Vol. II. Part. II. his concepta verbis confirmatur: „nam dum attentius cogitaret de „Iobi calamitate et iudiciis diuinis, in somnum delapsus, vel „etiam vigilans, ex forti phantasia et cogitatione talia videre „et audire sibi imaginari potuit.„ Sed idem vir, nostra laude maior, rectissime monet, hanc coniecturam ipsis, ab Eliphazo prolatis, v. 12. 14. 15. visionis circumstantiis prorsus conuelli; nisi forte quis illas ornatus gratia, vt fucum faceret incautis, additas esse crediderit, quam figmenti suspicionem paullo ante iam remouimus.

§. VIII.

Quare ad eos nos conuertimus, qui fraude Diaboli Eliphazum delusum cupiunt. Hanc sententiam, de qua Cel. IOH. HENR. MICHAELIS in vberioribus Annotat. Philol. Exeg. in Hagiographos V. T. libros Vol. II. iudicauit, quod dictu horrida sit, praefertim defendit PHIL. COBVRCVS, Gallus, in noua libri Iobi versione ex Hebraeo cum Scholiis, quae seorsum Lutet. Paris. 1657. prodiit, et extat in Criticis S. Angl. Tom. III. Codurcum secutus est nouus Iobi interpres, ita tamen, vt nouum prorsus systema Iobaeum adornaret. Euolue summas capitum doctrinas, operi praemis-
sas, videbis a Cap. VI. vsque ad XVI. de origine et auctori-
tate

tate visionis huius acerrime disputari, vtrum sit diuina, an diabolica? Quinque sunt potissimum argumenta, quibus, qui ita sentiunt, rem suam probare satagunt. Dicunt, exemplis passim constare, Diabolum μετασχηματιζομαι eis αγγελον Φωτος, atque ita hominibus illudere. Prouocant ad 1 Reg. XXII, 22. Act. XVI, 16, 17. Ipsam visionis descriptionem malum prodere genium, furtiuam reuelationem non esse a Spiritu S., qui nunquam ita furtim irrepere dicitur, sed ab angelo tenebrarum, qui tanquam nepa clam obrepit, vt fallat eos, qui veritatem non amant, quibus Deus immittit ενεργειαν πλανης εις το πισευσαι αυτες το ψευδει, 2 Thess. II, 11. Summum terrorem, quo Eliphazus percussus fuit, obscurum fugacemque fragorem, qui auribus infonuit, repugnare diuinitati reuelationis, et ex asse conuenire visionibus magorum et hariolorum, in quibus perspicuitas et veritas desiderantur, qui proinde stridebant et musfitabant, teste Esaia, Cap. VIII, 19, et XXIX, 4. Longe abesse, vt diuina reuelatio, quae piis tantum euenire solet, quenquam fastu turgidum efferat, sicuti in Eliphazo videre fit: eundem hac ipsa visione in errorem et peccatum fuisse inductum, quod cum sine cuiuscunque reuelationis, diuinitus factae, manifesto pugnet; ipsum tandem argumentum visionis, neminem posse a Deo iustum effici, turpissimum spirare mendacium, cum sacrae tabulae contrarium vbique disertissimis verbis defendant, hominem iniustum per fidem in Mediatorem reddi iustum.

§. IX.

Vides, nihil esse tam παραδοξον, cui non species veri possit allini. Non negandum, nonnulla ex his argumentis specie sua se primo intuitu commendare; sed si accuratius examinentur, intelliges, quaedam esse dubia, quaedam manifesto falsa. Ad primum, quod attinet, iterum a posse ad esse male concluditur, quae consequentia in scholis omnium Philosophorum reiicitur. Nulla foret reuelatio diuina, cuius αυτοπιστια non posset infringi; si haec argumentandi ratio obtineret. Alterum euidentissime prodit ψευδεγμνησιων quarundam phrasium infra vindicandarum, et in-

dubiis exemplis, magni terroris diuina reuelatione incussi repugnat. Prouoco ad reuelationes Abrahamo Gen. XV, 12. Mofi Ebr. XII, 21. Manohae Iud. XIII, 22. Danieli, Cap. VIII, 17. 18. factas, magno cum terrore coniunctas. Ea est omnium reuelationum diuinarum, siue a Deo ipso, siue per angelum factarum indoles, vt hominibus, familiari cum Deo et angelis commercio per peccatum defueris, in ipsis suis initiis formidolosae existant. *Tertium* gratis supponit, reuelationes diuinas tantum piis obtingere, neque superbiam, sed modestam animi demissionem inspirare. Quis, quaeso, erat Bileamus, nonne verus propheta, cuius egregia vaticinia profant Num. XXIII. et tamen malitiosus homo, auri sacra fame correptus, pessimis consiliis Israelitas perdere satagebat? Ita diuina lux in intellectu, et diabolica malitia in voluntate consistere possunt. Nonne Paulus 2 Cor. XII, 7. docuit, posse hominem, sibi ipsi non satis inuigilantem diuinissimis reuelationibus ad elationem animi abuti? Eodem telo *quartum* conficimus argumentum; nimirum finis, a Deo intentus, cum abusu hominum non est confundendus; si, quod non negamus, Eliphazus hoc ipso oraculo abusus est in disputationibus suis, aduersus Iobum susceptis, et minus mitem, minus cautum, minus modestum se exhibuit, id vtique non prohibet, quin Deus se illi patefecisse credatur. Age dum, inuestigemus finem, quem Deus intendit. Vix dubium esse potest, quin haec ipsa reuelatio Eliphazo illo ipso tempore, quo de dirissimis Iobi fati nuntium acceperat, obtigerit. Dubiam stupenda haec fata trahebant mentem, quid aut de Iobi pietate, aut de Dei iustitia esset statuendum. Sic distracto succurrit Deus, per oraculum cauturus, ne vel Iobus, vel alii, inprimis amici vllam ex his probationibus offensionem caperent, sed suo quisque officio defungeretur, vsque dum euentus plenissimam rei cognitionem daret. Iam scire sufficiebat, neminem mortalium coram Deo adeo ab omni labe purum esse, quin Deus, si summo iure vti velit, iustam facile reperiret causam, in eum animaduertendi, itaque Deum προς ελεγγων, προς επινορθωσιν, προς παιδειαν την εν δικαιοσυνη affligere,

gere, hominem vero nullo iure de illata sibi iniuria conqueri posse, ἀνεξέρευντα τα κριματα αυτου a nemine inculpanda esse, quum etiam afflictissimo pio patientiae et fiducia gloria sit relicta, fore, vt Deus omnibus aduersitatibus det finem, sanctissimis suis perfectionibus conuenientem. Quae quidem contemplationes, sicuti Iobum nostrum ab omni querimonia, diuinac prouidentiae et sanctitati iniuriola, sic socios eius ab omni grauiori sententia de pietate Iobi fucata praemunire debuissent. At enim vero Eliphazus finem hunc, a Deo praefixum, prorsus neglexit. Integer disputationis aduersus Iobum susceptae, et ab amicis continuatae contextus perspicue satis docet, illum hanc reuelationem pro sententia, coelitus contra Iobum lata, et argumento impietatis euicto habuisse. Eliphazus ita infert: fieri non potest, vt Deus pietatis specie fucata decipiatur, qui vel minimam in homine maculam ita obseruat, vt nemo illi ex omni parte satisfaciatur; ergo Iobus, tamen si magnam pietatis famam consecutus sit, occultorum scelerum reus est, siquidem a iustissimo vindice grauissime affligitur, adeoque vehementer peccat, dum innocentiam suam iactitat; hac enim ratione Deum iniquitatis, per immensas calamitates commissae, accusat, seque ipsum Deo iustiorum reputat. Vtroque modo Eliphazus in Iobum iniurius exitit, diuinumque alloquium falsis consequentiis violauit. Punit, Iobi fata esse poenas offensi per flagitia Numinis, de quo quidem praedictio in toto oraculo ne γευ quidem legitur; quin immo contrarium ex eo potest euinci, Deum scilicet in omni, quantumuis sancto, defectus sat multos deprehendere et naeuos, qui censuram mereantur acriorem. Neque vero Iobo in mentem venerat, Deum iniquitatis accusare velle, qui integritatem quidem suam tueretur, sed defendit etiam sanctitatem et potentiam diuinam, de rationibus occulti huius iudicii diuini tantum anxius. Sane Iobus omnem iniquitatis, de Deo conceptae, suspitionem saepius a se remouit, cap. IX, 2. X, 14. XIII, 7. XIV, 4. 21. XXI, 19. XXVII, 11. XXXI, 14. *Vltima* denique eorum, qui Eliphazus a diabolo illudum volunt, ratio oraculum nostrum manifesti erroris inculcat,

neminem a Deo iustum effici; sed violentam hanc, ne dicam malitiosam inuersionem verborum ipsa phrasi et contextu refelli, paullo post demonstrabimus.

§. X.

Remotis igitur sententiarum de Eliphazi visione diuortii, vna superest, eaque a nobis vindicanda. Tenemus nimirum, hanc visionem vere diuinam fuisse, neque gratis id asserimus, argumentis inuictis rem nostram confirmaturi. *Primum* repetimus a more illorum temporum. Nemo vquam negare potest, Deum olim πολυμερως και πολυτροπως, cum reuelatio litteris consignata nondum existeret, quin etiam postea quam exstaret, hominibus se manifestasse. Gloria haec non Patribus solum, sed illis etiam, qui extra familiam Patriarcharum, populumque Israeliticum debebant, relicta erat. Sic Abimelecho, Philistaeo, sic Labani et Bileamo, Syris, Deum se reuelasse legimus Gen. XX, 3. 6. XXXI, 24. Num. XXII, 23. 24. ^d). Reuelauit autem se variis modis. Proinde alia est reuelatio immediata, alia est mediata. Immediatam vocamus, quae ita a Deo proficiscitur, vt nulla creatura interueniat. Haec iterum vel simplex est, solo interno Spiritus S. instinctu peracta, vel Symbolica, accedentibus quibusdam symbolis insignita. Symbola illa vel externis sunt oblata sensibus, vel imaginationi. Inter externos sensus maxime affici placuit visum et auditum, nonnumquam et tactum, aliquando omnes simul, vt in lucta Iacobaea. Ad ea, quae oculos afficiebant, referre possumus sortes diuinatorias, ad ea, quae auditui obiecta sunt, pertinet בת קול, seu vox coelestis, diuinitus emissâ, vt auguror, vide tamen aliud coniiicientem B. IOH. FRANC. EYDDEVM, in Institut. Theol. Dogm. Lib. I. Cap. II. §. 4. Aliquando obiecta sunt symbola imaginationi vel vigilantium, qui sibi visi sunt, in locis esse, vbi non erant, eaque ibi cernere, quae non, nisi imaginationi illorum sistebantur; hic reuelationis modus dicitur

d) Esse, qui Bileamum pro Elihu, amico Iobi, habeant, monuit illustis SPANHEMIVS, quos refutatos vide in Hist. Iobi. Caeterum de Bileamo, vero propheta, confer S. Ven. Sal. DEYLINGI, Obseru. S. Parr. III. Obi. X.

dicitur extasis, vel dormientium, quorsum spectant insomnia. Hac ratione Deus se saepe reuelavit, etiam illis, qui yatibus non annumerantur 1 Sam. XXVIII, 6. 15. Ipse Elihu prolixum sermonem instituit de nocturnis huius visionibus, tanquam per ea tempora familiarissimis Iob. XXXIII, 15. 16. qui quidem locus multum mihi conferre videtur ad diuinitatem oraculi nostri euincendam. De singulis ex instituto egit HERM. WITSIVS, in Miscell. Sacr. Lib. I. cap. 3. *Alterum* petimus argumentum ab exemplis parallelis, in libro Iobi obuiis, quem si euoluimus, videmus, non Iobum tantum, sed et Eliphazum immediata reuelatione monitos fuisse per Cap. XXXIIX. et XLII. Inanis est HUGO GROTIUS in Bibliis Criticis Angl. Vol. III. ad Iob. XXXIIX, 1. contendens, יָרִיָה stare pro angelo a Deo misso; Inania sunt etiam quae a nonnullis proferuntur, סַעֲרָה, tempestatem scilicet, in qua Deus cum Iobo congressus est, figurate pro fomno diuinitus immisso, vel ecstasi stare; vide, sis, MVNSTERVm et CLARIVm in Bibliis citatis. Ita Deus, monente IOH. COCCIO, respondit Iobi votis, cui, quum בַּסַּעֲרָה penitus euerti petiisset, in contrarium res vertit, vt ex procella oriretur consolatio. *Tertium* petimus a fide, Eliphazo debita, quam, qui infringit, aut negligentiam, aut malitiam demonstrare debet. Neutrum vnquam fieri posse, pro certo habemus. Quis, quaeso, crediderit, Eliphazum, visionibus diuinis assuetum, adeo inertem et stupidum fuisse, vt ignorauerit caracteres illos, quibus oracula diuina a lusibus mali genii discernuntur, aut si non ignorauit, illos tamen in diiudicanda hac visione prorsus neglexerit? Neque vero vllius malitiae in voluntate reus peragi potest, qui ζῆλον Θεοῦ ἔχει, ἀλλ' ἔκατ' ἐπιγνώσκω, qui quamuis amicum probum iniuria damnet, tamen infinitam Dei sanctitatem quouis modo vindicare satagit. *Quartum* petimus ab ipso Iobi et sociorum assensu. De his quidem ipsi nostro Iobi interpreti res non est dubia, qui omnes eorum disputationes eo spectasse pronuntiat, vt diuinitatem visionis Eliphazae comprobarent. Sed de Iobo ipso negat et pernegat. Tantum ex sententia Viri Cl. abest, vt diuinitatem

tem

tem oraculi agnouerit, vt potius amicos ex hoc ipso capite commercii cum satana horrendi arguerit. Euoluatur in primis Cap. VI, 21., vbi interpret noster **וְאֵלֵי יִגְבֵּב** deferit et **וְאֵלֵי קָרִי** praefert, vt sensum extorqueat: noch zur Zeit seyð ihu seine, des Schreck = Geistes; quum tamen **וְאֵלֵי יִגְבֵּב** optimum hunc fundat sensum: nam nunc facti estis nihil, i. e. solatio auxilioque nihili et inanes. Egregia haec Iobi defensio, qui amoris in amicos adeo oblitus esse fertur, vt foederis cum malo illo genio et praestigiatoribus initi eos accusaret. Sed quid multis? diferta prostant verba cap. IX, 2. XIV, 4. quae nos edocent, Iobum veritatem eorum, quae Eliphazus in visione audiuerat, vltro concessisse, etsi ea male de se dici contenderit. Spectant haec ad *quintum* momentum, ab ipso reuelationis huius argumento petitum, quod nullo modo aliis veritatibus vel reuelatis, vel naturalibus contradicit. Doctrinae; nemo coram Deo iustus est, aut cum eo contendere potest, ipsi angeli perfectionum suarum limites agnoscunt, et diuinas, nullis limitibus circumscriptas venerantur, miseri mortales penitus corrupti et perpetuis vicissitudinibus obnoxii sunt; haec, inquam, doctrinae dignae omnino existunt, quae diuina reuelatione magis illustrentur et confirmantur, quandoquidem nemo earum cognitione, solis naturae viribus nunquam satis acquirenda, carere potest. Rectus harum veritatum vsus potissimum in calamitatibus Iobi rite diiudicandis obtinebat, proinde illarum reuelatio eo in primis tempore Eliphazo obtigisse videtur. Quid tandem de Deo ipso dicemus? num hic non fuisset exprobraturus Eliphazo tantum crimen falsi commissum, si eius quidem reum se fecisset?

§. XI.

Ipsum oraculum, cuius diuinitatem demonstrare hactenus elaborauimus, dispescimus in indolem v. 12 - 16. et summam, v. 17. 21. Indoles describitur *α*) generatim v. 12.

וְאֵלֵי יִגְבֵּב וְרִחַק אֲדָנָי שְׂמֵץ מִבְּרִי

וְאֵלֵי יִגְבֵּב h. l. *וְאֵלֵי יִגְבֵּב* notat verbum reuelationis: ita enim pro verbo Dei absolute ponitur Prou. XIII, 13. coll. Num. XV, 31. adde Pl. CXLVII, 19. Sed quid **וְאֵלֵי יִגְבֵּב** sibi vult? Nouns

Iobi

interpres vertit: auch an mich ist ergangen ein göttliches
 Wort, das mir aber gestohlen, i. e. wider meinen Willen von
 einigen meiner Hausgenossen, oder Freunden, mit denen ich da-
 von geredet habe, ausgetragen, und unter die Leute gebracht
 worden ist. Sane inuita accentuatione, quae subiectum רבר
 cum praedicatione יגנב per seruum Munach intime connectit.
 Nemo non videt, Eliphazum propriam רב notionem
 deserere, et id, quod partim ex improviso et subito, par-
 tim clanculum et secreto euenit, innuere; ita in tabulis sa-
 cris, quae subitanea et improvisa sunt, cum fure compa-
 rantur. Ipse Christus iudex in die nouissimo veniet, vt fur,
 ex improviso 1 Thess. V, 2. 4. Matth. XXIV, 43. Caue ita-
 que, ex hac phrasi colligas, satanam clam obrepisse Elipa-
 zum, aut de obscuritate oraculi cogites, quum verba האכז
 יצרק מאלוה non in obscuro lateant. Talmudici in Ge-
 mara, tract. Sanhedrin Cap. א, locum hunc sic explicant:
 אלהי רבר יגנב שמעתי מאחרי הפרגות: ad me verbum fur-
 tim factum est, quod audiui, velut ex intimo throne
 post aulacum oraculo emisso. Reuelationem igitur ex
 singulari gratia praeter omnem expectationem sibi factam
 esse, qualis non promiscue contingat, sed iis tantum, quos
 Deus arcano fauore dignetur, regis ad instar, clam amicis
 interiorum adeuntis, eoque ipso Eliphazus dictis pondus exi-
 mium addere, sibi que insignem auctoritatem conciliare voluit.
 In alia omnia discedunt οι υ, quorum versio ita habet: ει δε τι
 ρημα αληθινον εγγεγονε εν λογεις σε, εδεν αν σοι τετων κακον
 απηντησε. Vidit hunc defectum SYMMACHVS, textumque
 hebraeum sic reddidit: προς εμε δε αληθη λαθραις, εν κλοπη
 και εδεξατο το υς με ψευδισμων. Planum haec fundunt sen-
 sum, sed alterum v. 12. hemistichium maioribus laborat du-
 biis. Multum facessiuit interpretibus negotii vox ψω, de
 qua Cel. 10H. CHRIST. CLODIVS in supplemento Lexici
 Guffetiani, quod fere totum ex ALBERTI SCHVLTENSII
 Comment. in Iobum petiuit est. Bis adhuc occurrit haec
 vox in sacro Codice, scilicet Iob. XXVI, 14. et Exod.
 XXXII, 25. vbi tamen in foemina forma legitur. Ex ho-
 rum inspectione locorum de genuina vocis notione ferri debet

D

bet

bet iudicium. Omnium minime rem tetigisse videntur, qui cum PINEDA, ROBERTSONO, BVXTORFFIO, SCHINDLERO et GVSSETIO vertunt per *parum*, sensu verborum Exod. XXXII, 25. plane incommodo et contorto; etiam in nostro loco sensus prorsus a scopo Eliphazi alienus emerget, dictisque parum fidei conciliaret, siquidem non omne verbum reuelatum percepisset, id quod cum indole reuelationum diuinarum, earundemque sine pugnat. Pugnat quoque cum natura huius ipsius visionis, quae quidem nonnulla *δυσονητα*, non autem *ασητα* exhibet. Non ita procul ab his discedunt, qui cum ADOLPHO HOFMANNO in noua loci expositione credunt, *שמ* idem istud esse, quod Paulo *μερος* est, 1 Cor. XIII, 9. *ex meros γνωστομεν*. SYMMACHVS vertit per *ψευδερσημον*, quae quidem versio arridet praefertim IOH. COCCCEO, qui statuit, Eliphazum sic modeste loqui, quasi non plene acceperit, quod sciendum esset hac de re, sed tantum pro captu humano; distingui ergo inter sermonem et susurrum, quasi dicat: prae terrore tantum susurrum veluti sermonis accepi. Adeo latet *שמ* nostrum in obscuro. Cel. SCHVLTENS ex idiomate Arabico illud illustrare suscepit, vbi *שמ* nihil aliud sonat, quam lineam nexamque seriem baccarum vel margaritarum; quae si cum Arabibus transferantur ad verba, habebis sermones elegantiores, pulchra serie nexos. Hunc itaque dictorum sensum esse credit: accepit auris mea nexam seriem salutaris et pretiosae veritatis. Sed Vir doctissimus ipse addit, has coniecturas nondum omnem sibi scrupulum eximere, ac proinde vltcrius examinandas esse. Certe haec SCHVLTENSII *שמ* notio, ad Exod. XXXII, 25. adplicata non satis apta videtur. Non de nihilo est, quod IOH. COCCCIUS, praecunte FORSTERO, obseruauit *שמ* stare pro *שמע*, *ש* in *ע* mutato, atque adeo potestatem famae seu rumoris, quicumque ille demum sit, siue bonus, siue malus, obtinere. Fateor, vtrumque locum fauere, nec illum Exod. XXXII, 25. aduerfari, etsi Cel. SCHVLTENSIO et Summe Ven. BAVMGARTEN aliud videatur. Proinde verba *וירא משה את־העם כי פרע הוא כי פרעה אהרן לשמצה בקמיהם* sic

fic transfero: et vidit Moses populum, quod esset dissolutus et dissipatus *) quoad legem et foedus cum Deo, omnemque ordinem turbasset, et effrenis rueret in idololatriam cum summa omnium rerum confusione, quoniam dissipauerat eum Aaron in famam, scilicet malam et opprobrium inter hostes Israelitarum, qui Numini ipsorum, utpote per Mosen in puluerem redacto, illisuri essent. Quae si admittantur, non obscurum erit, intelligere, quid Eliphazus sibi velit, ubi ait: וְרָחַק אֲזוּי שִׁמְךָ מִנִּי, scilicet suspensa animi attentione, (haec enim est vis phraeseos אֲזוּי שִׁמְךָ) se rumorem seu sonum percepisse, atque adeo certam et indubiam dictis suis fidem esse habendam.

§. XII.

A generali descriptione vates descendit ad β) specialiorum, singulas enarrando circumstantias, ubi quidem obseruari merentur, α) tempus v. 13. β) antecedens terror, eiusque causa v. 14. 15. γ) subsequens apparitio v. 16. Tempus, quo haec visio Eliphazo obtigit, ita definitur: בְּשַׁעֲפֵי מַחְזוֹנוֹת לַיְלָה בְּנֶפֶל תִּרְדְּמָה עַל אַנְשֵׁי: Non nescio, esse, qui occasionem visionis his depingi verbis malint, quae haec sit, quod Eliphazus mente volverit visiones nocturnas cum attentione, desiderio intelligendi, et precibus. Ita IOH. COCCIEVS et HENR. BEN. MICHAELIS. Sed nesciunt, quatenam sint illae visiones, de quibus cogitauerit. Nobis posterius hemistichium explicare prius videtur, ut saepissime fit in codice sacro, quod cum euidentissime noctem concubiam describat, etiam prius membrum sic accipio: in cogitationibus de visionibus nocturnis, scilicet, quo tempore existere solent cogitationes de visionibus nocturnis. Ellipsin verbi substantiuī רִיחַ frequentissimam post praefixum כּ subintelligendam esse, recte monuit B. SEP. SCHMIDIVS, in Comment. h. m. בְּרִיחַ שַׁעֲפֵי. Proinde sic verro: quo tempore existere solent cogitationes de visionibus nocturnis. Vox שַׁעֲפֵי, quae Graecis ἐπιπλη-

D 2

ξείς,

e) Haec etiam est potestas verbi פִּיעַ, 2 Chron. XXIX, 19, a qua nihil discedit Cel. SAM. SCHVECKFORD in Harmonia Scriptorum Sacrorum et Profanorum Vol. III. pag. Vers. germ. 91.

זעס, Vulgato *horror* est, proprie notat ramos, non quoscunque, sed illos, qui eminent in summo cacumine, aut qui alios excedunt magnitudine. *Ec.* XVII, 6. *Ezech.* XXXI, 6. *g.* Metaphorice fumta designat *α*) prominentiam petrae, seu scopulum arboris excelsae ramum referentem, *Iud.* XV, *g.* 11. *Ec.* II, 21. *β*) cogitationem, quia, quod sunt arbori rami, hinc inde diffusi et subinde perplexi, id sunt menti cogitationes, in quas animus varie distrahitur, *1 Reg.* XVIII, 21. *Pf.* CXIX, 113. Simili translatione *חזון* virgultum signat et meditationem, in qua cogitatio alia ex alia nascitur et propullulat. *חזיון* nunquam visionem eorum, quae praesentia et corporea sunt, sed quae, cum sint absentia et inuisibilia, aut externe per certas imagines, aut interne per repraesentationes, in imaginatione excitatas, innotescunt, sistit. Prouoco ad inductionem omnium Scripturae S. locorum. Quid igitur de obseruatione nocturna siderum, a nouo Iobi interprete effecta, erit iudicandum? Male Vir doctus in nota ad *Cap.* IV. obseruat, *חזיון* vix semel apud Ioelem *Cap.* III, 1. de prophetiis reuelationibus, alias semper de somniis infantum usurpari. Loca, in quibus vox occurrit, contrarium docent, ne vno quidem excepto, quae si singula euoluimus, videmus, *חזיון* modo visionem vigilantium diuinam vel veram, vel fictam, modo somnia vel naturalia, vel supernaturalia inferre. In nostro Iobi loco connectitur cum *לילה*. Sunt autem visiones noctis ipsa somnia, quae noctu dormientibus obtingunt, et res in iis repraesentantur, quasi coram cernantur. Haec reuelationum diuinarum species in tabulis sacris creberrime occurrit. Loca prostant quam plurima, ex quibus ea tantum seligere placet, vbi verba diuinitus facta, et sensationes perceptae simul enarrantur, *Gen.* XV, 12. *XXIX*, 12. *Dan.* VII, 1. In causas si inquiramus, cur Deo placuerit, singulari hac ratione noctu et dormientibus sese patefacere, quum tamen eiusmodi reuelatio videatur obscura, incerta, et parum conueniens dignitati reuelantis et rerum reuelatarum: sufficere potest diuina voluntas, in cuius rationes inquirere neque tutum semper, neque quae-
rendo assequi facile. Sufficere etiam poterat, *visis* tantam
adfuisset

adfuiffe claritatem, et tantam accessiffe Spiritus S. efficaciam, vt dubitare ea de re non possent, quibus talis reuelatio obtingeret. Non enim expectandum habebant, donec somnio responderet euentus, vt demum ex vtriusque conflictu quadam argumentandi serie diuinitatem somnii inferrent; sed mox praesens animo Numen deprehenderunt, intelligendo, se a Deo moneri, vt videre est Gen. XX, 3. Sapientiam tamen diuinam etiam hic versari, multa docent: nam 1) mens nocturno tempore et in rerum omnium silentio, recipiendis rerum spiritualium notionibus aptior esse videtur, non turbata rebus obiectis, extrinsecus in eam agentibus, neque diftracta aliarum cogitationum varietate, neque exagitata animi passionibus, sed in placida quiete diuino exposita influxui; obseruatumque est a rerum naturae studiosis, in somno obiecta omnia maiora videri, mentemque iis affici fortius. 2) Ita ostenditur illimitata Dei in mentes hominum potentia. Nos nisi vigilanti loqui possumus; Deus etiam dormienti. Ne sopor quidem hominis Deum impedit, quotiescunque notiones suas animo imprimere vult. Vide alia plura in HERMANNI WITSII Miscell. S. Lib. I. Cap. V. §. XIII. et FRIDER. SPANHEMII Dubiis Euang. Part. I. p. 467. Huius indolis etiam fuisse videtur reuelatio, quae Eliphazo nostro obtigit; equidem non dormienti, sed vigilanti et noctem infomnem ducenti factam fuisse, Summe VEN. BAYMGARTEN ex eo conicit, f) quod dormiens vix tot circumstantias sensationum perceptarum obseruare potuisset; Sed obstare videtur his coniecturis exemplum Danielis, qui in somnio illo diuino Cap. VII. multo plures circumstantias et sermones sat prolixos mente sua retinuisse legitur. Accedit etiam hoc, quod ab Eliphazo ipso inter visiones noctis seu somnia referatur, vbi obscurius dicta statim clarius exprimit, subiiciens: **בנפל הרומה על אנשי**. Grauem et profundum somnum, etsi non semper diuinitus immissum, describit vocabulum **הרומה**. De

D 3

fopore

f) Quosdam in hac sententia vere fuisse IOH. DE PINEDA dudum monuit, qui ipse tamen rem ex vtraque parte adhuc dubiam in medio reliquit.

ſopore diuinitus immiſſo proſtant loca, Gen. II, 21. XV, 21. 1 Sam. XXVI, 12. Sopor naturalis autem innuitur Preu. XIX, 15. Primam noctis quietem viſis aptam eſſe Poeta iudicauit, Libr. II, Aeneid.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris

Incipit, et dono diuum gratiſſima ſerpit

Infornis ecce ante oculos moeſtiſſimus Hector

Viſus adeſſe mihi.

Haec quidem de tempore, quo reuelatio dicta Eliphazo noſtro facta eſt, notanda veniunt, cuius circumſtancias adeo ſolicite notauit, vt veram illam, non fictam, ſed diuinam fuiſſe, conſtaret; quandoquidem illa contigerit tempore viſionibus diuinis conſueto.

§. XIII.

Pergimus ad alias circumſtancias ab Eliphazo v. 14. 15. expoſitas, vbi β) de inſigni pauore παρασσευσασιν et praenuntio reuelationis diuinæ diſſerit: פחד קראני ורעה פחד ex mente 10H. COCCEN illam ipſam inſirmitatem cordis denotat, quum ſpecie rei malae, vel magnae, vel dubiae quaſi percutitur, propter quam Spiritus contrahuntur ad arcem ſuam. רעה vero maiorem terroris gradum inferit, vbi membra corporis contremiſcunt: Exod. XV, 15. Ef. XXXIII, 14. Dan. X, 11. קראני a Cel. SCHVLTENS vertitur: inclamauit, increpuit me, quaſi a קרא descenderet, quod tamen nimis hyperbolice dictum foret. Accedimus igitur communi ſententiae, qua קרא et קרה vices ſuas et notiones ſaeppiſſime commutant. ורב עצמותי הפחית Hac ipſa phraſi Eliphazus indicat multitudinem offium ſuorum, i. e. ſe totum horruiſſe. וי עי רוב pro aduerbio habuerunt, proinde per μεγαλωσ verterunt: Κα μεγαλωσ με τα οσσεσ διεσσεσ. 10H. MERCERVS ET LVDOV. DE DIEV non ſatis apte interpretati ſunt; pleraque offa mea, male improbantem illud BEZAE, COCCEN et aliorum: quantum eſt offium meorum, quia רוב nunquam vniuerſalitatē deſignet. Quare hi non libenter concedant vniuerſalitatē non difficile eſt augurium. Caeterum ex ipſa Dan. XII, 2. inſpectione boni hi viri diſcere potuiſſent, ורב etiam pro omnibus ſtare per Synec-

Synecdochen, de qua confer. B. SAE. GLASSII Phil. S. Lib. V. Tract. I. Cap. XV. p. m. 1916. Eiusmodi pauorem, diuinæ visionis et reuelationis comitem, in ipsis praesertim initiis esse solere, quam plura docent exempla Gen. XV. 12. Dan. VII. 15. Exod. XIX. 16. coll. Hebr. XII. 18. Causæ in promptu sunt, et partim a summa maiestate diuina, partim a conscientia peccatorum, partim ab excitanda maiori attentione petuntur. A terrore exposito Eliphazus adeius causam et incrementa progreditur: **רוח על פני יחרוף הסמר שערת בשרי**. Omnes, quibus hoc enuntiatum duplex premitur, difficultates in vna voce רוח conueniunt, quae et ventum et spiritum notat. Quare interpretes non pauci, ADOLPHVM HOFFMANNVM, RENATVM ANDREAM KORTVMIVM, AVGVSTINVM CALMEFVM, ipsum denique Megalandrum LVTHERVM, et nouum Iobi interpretem nominasse sufficiat, Spiritum h. l. innui cupiunt, in eo saltem diffidenties, quod illi bonum velint, hic malum. Angelum vident MERCERVS ET PISCATOR, ad Pl. CIV. prouocantes, vbi v. 4. angeli audiunt רוחות. Sed talia sunt subiecta, qualia permittuntur esse a suis praedicatis. Atqui, חלף minus commode de spiritu, vtpote materiae omnis experte, praedicatur. Equidem noster interpres vocem ita vertit: mutauit se, scilicet ex vapore vel umbra, quae primam visa est, in formam magis conspicuam; sed nusquam probauit, verbum חלף in Kal vim reciprocam obtinere. Vrget, deficere subiectum praedicatis v. 16. competens, nisi haec admittantur; sed saluam rem esse, et eum, qui Eliphazo apparuit, demum v. 16. describi, paulo post videbimus. Neque vero etiam timendum est, fore, vt causa nostra cadamus, si Viri docti interpretationem de Spiritu eiusdemque immutatione admittamus. Re tamen curatius expensa, in eorum castra transuimus, qui ventum; vehementiorem aeris commotionem, voce רוח h. l. describi statuant. Ita iudicant COCCHEVS, SCHMIDIVS, SCHVLTENS ET BAVMGARTEN, Consentit Targum, vbi רוח redditur per זיקא, quod ventum cum tempestate designat. Huic רוח גד potestati egregie fauet vsus verbi חלף, quod de vento adhibitum discrete legimus,

legimus, Ec. XXI, 1. Inest huic חלה impetus transeundi, itentidem repetitus et per vices continuatus. Id vento aptissimum, Spiritui non satis conuenire videtur. Additum על פני vel per: super faciem meam, vel per: coram facie mea, (promiscuus enim et latissimus uoculae על vsus est,) reddi potest, dummodo morem illum diuinum, quo praeuio vento se hominibus reuelauit, eosdemque ad attentionem excitauit, probe obserues. Confer inprimis 1 Reg. XIX, 11. vbi ventus etiam transit coram Elia, et tamen Iehouah non erat in illo. Hic ipse sensus venti, ab Eliphazo perceptus, terrorem magis auxit, qua de causa subiicit: חסמר שערת בשרי. Verbum חסמר a Rabbinis transituue refertur ad ventum, vt sit, *horrore fecit*. Admittit eam constructionem anceps genus רווח, in vna eademque periodo se nonnunquam exferens. Iob. I, 19. 1 Reg. XIX, 11. Alii tamen, fauente textu, qui copulam non habet, conuenientius intransitiuam vim retinent, monentque, Piel significationem intendere. A חסמר descendit סמרה, clausus, inde illustrandam existimat Cel. SCHULTENS חסמר notionem, eidemque horripilandi et clauorum instar comas erigendi potestatem vindicat. Quem in modum Poeta:

Obsupui steteruntque comae.

שערה Chaldaeus accepit pro procella, vt Nahum. I, 3. Sed manifeste repugnat constructio textus hebraei. Bene notauit COCCHEVS, quod singularis שערת h. l. collectiue sumatur. Dicitur autem שערת בשר, quandoquidem pili carni, seu cuti infixi sunt. Integram phrasin, si cum horrore, antea descripto, conferamus, videbimus, maius eiusdem incrementum describi, quo prae ingenti timore et frigiditate partium externarum stringuntur pilorum radices, et eriguntur.

§. XIV.

Quibus praemissis, Eliphazus ipsam tandem (γ) apparitionem exponit, ita, vt 1) de persona comparante, 2) de comparantis sermone, paucis agat. Personam comparantem vt inuisam describit. מראשו תמונה. לעמוד ולא אכיר מראשו תמונה. Si רווח in versu antecedenti spiritum denotaret,

το **יעמוד** h. l. exprimeret eius propiorem accessum, qui, postquam praeteriisset Eliphazum, tandem coram illo substituerit. Septuaginta Interpretes, personam tertiam cum prima confundentes, ita efferunt: *ανεστη, και εν επεγειων ειδος, και εν ην μεση προ σφδαλων μιν*; quasi Eliphazus, horrore illo et vehementiori statu expergefactus, surrexerit e cubili, neminem tamen viderit. Vulgatus suppleuit, *quidam*, stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum. Displicuit hoc **IOH. COCCIO**, qui maluit **יעמוד** referre ad subsequens **תמונה**, et, quae interfunt, parenthesi includere, addens, mille tales locutiones dari, in quibus verbum et nomen discrepent genere, neutraliter capiendas. Non negauerim, nec tamen illuc praeter maiorem vel necessitatem, vel euentiam, quae hic nulla est, venirem. Perfecto traiectione foret satis insolens, et dubia utique redderetur visiois auctoritas. Nam, si Eliphazus tantum obseruauit, quendam ignotum stare coram, vnde sciuit ipse, vel vnde scimus nos, quod haec visio sit diuina? saltem Eliphazus non fuit dubius, quis esset, qui coram staret, atque adeo nec Iobum reddere voluit dubium. **SEB. SCHMIDIVS** alio modo defectum supplere studet, subaudiendo **אלוה**, adstitit Deus, vel inferendo **אשר** adstitit, cuius speciem non agnouit. Ridet noster Iobi interpretis eiusmodi supplementa, eademque inter vitia sermonis refert, quae lectorem, vel auditorem semper dubium habeant, quis ille demum sit, qui innuatur. Dispiciat Vir doctus, ne gladium acuat, quo se ipsum iugulet, suamque hypothesein de Mose et Pharaone, in libro Iobi vbique obuiis, etsi neuter suo insigniatur nomine, hoc ipso argumento euertat. Nos simpliciter vertimus **יעמוד** impersonaliter, adstitit, quicumque ille demum sit; ex consequentibus videbimus, Deum ipsum innui, visibili forma non conspicuum, quare addit **תמונה** **אכיר מראו** ad aspectum seu vultum palam designat, **לננו עיני** **מראה** vero est imago et similitudo primis quasi vmbis delineata. Satis expeditum est, quid phrasin, **מראה** **אכיר מראו** sibi velit, negat enim Eliphazus, se speciem eius visibilem, qui adstitit, vidisse. Sed haeret aqua in iis, quae adduntur **תמונה** **לננו**

לנגד עיני. SEB. SCHMIDIVS repetit ex antecedentibus רָאָה אֲכִיר quod paulo durius videtur SCHULTENSIO, cuius tamen ipsius coniectura, qua appositionem statuit: non agnoui speciem eius visibilem, adumbrationem ante oculos i. e. ne illam quidem, quam tenuissimam appellamus, paulo subtilior deprehenditur. In superiori Dissertatione iam monuimus, facillimam iniisse viam IOH. HENR. MICHAELIS, qui praeceunte DRVSIO, COCCIO, VITRINGA, KORTVMIO ellipsin frequentissimam verbi substantiui רָאָה supponit hoc sensu: imago, εἰδῶς, maiestatis diuinæ erat coram oculis meis. Duo sunt, quæ inde inferimus: 1) inuisibilem Deum certo quodam signo, umbra vel potius iubare, singularem suam praesentiam manifestasse, more illis temporibus recepto. 2) signum illud praesentiae diuinæ, utpote corporis figura praedicti expers, verbis depingi non potuisse. En revelationis subtilissimæ descriptionem: quæ omnem spectri suspicionem, a nouo Iobi interprete suscitata, longissime remouet. A persona comparante Eliphazus ad eius 2) loquelam tendit: רַמְמָה וְקוֹל אֲשַׁמֵּעַ. Coherent duæ voces priores, et vtraque respicit verbum vltimum אֲשַׁמֵּעַ. Hanc coherentiam negligit nouus Interpres, vbi vertit: es wurde stille, und ich hörete eine Stimme; nam ad eruendum hunc sensum requireretur in רַמְמָה distinctius. PRUCKNERVS et GLASSIVS רַמְמָה, quæ vox secundum lectionem nonnullorum codicum per Rbhia a sequenti קוֹל distinguitur, per ellipsin praefixi ב explicari posse credunt, in silendo vocem audiui, i. e. dum ab horrore meo confirmatus, tacitus attenderem; sic tolli εὐανθιστοφυσίαν, quandoquidem silentium et vocem nemo simul percipere queat. Sed lectionem hanc Rbhia in רַמְמָה merito reiicit Cel. MICHAELIS, in notis ad Codicem Hebraeum. DACHSELIUS in Bibliis accentuatis, KORTVMIVS in Paraphrasi, et REIMARVS in annotationibus ad HOFFMANNI Commentarium in Iobum, Hypalagen statuunt pro רַמְמָה וְקוֹל, sicut est 1 Reg. XIX, 12. vt simul sit Hendiadys, secundum illud Poetae:

Arma virumque cano.

Vertunt itaque; murmur silens et vocem, i. e. lenem vocem audie-

audiebam. Sed quid opus est, ad figuras recurrere, cum verba, vt sunt, sensum satis commodum praebeant? רממה descendit a ררר, quod non tantum in loquelae, sed et in in motus omissione ponitur; ergo רממה non tam silentium, quam absentiam strepitus et vehementioris soni notat, confer 1 Reg. XIX, 12. vbi קיל רממה רקק; vox silentii lenis esse nequit per principium contradictionis. Hinc Ps. CVII, 29. סער et רממה sibi opponuntur. Erit igitur hic sensus: lenem auram et vocem audiebam, qua ipsa phrasi Eliphazus indicat, quum cessasset ventus ille commotior de quo v. 14. tum deinde lenem auram, et cum illa claram vocem loquentis fuisse perceptam. Plane simili modo Deus se Eliae reuelauit 1 Reg. XIX. Haec etiam indoles בת קול, qua Deus illis temporibus homines voluntatem suam edocuit. Notatu digna sunt verba IOH. DE PINEDA in h. l. ex quo, inquit, „elicitur verae signum reuelationis, si primum timorem in„cutiat, ad extremum afferat animi gaudium et tranquillita„tem, omnemque priorem commotionem sedet et auferat, „sicut post tempestatem lenis aura et tranquillitas succedit, „sancti angeli Virgini Sanctissimae, Zachariae, Danieli appa„rentes, post primi aspectus turbationem atque timorem con„ceptum, iubent illos minime timere. Neque vero hoc ve„rae reuelationis argumentum ita est verum, vt fallere ne„queat, sed sane valde est accommodatum rebus diuinis, quae, „cum videantur primum maiestate sua opprimere, atque dif„ficultate detertere, sua deinde bonitate et veritate recreant „ac rescium debilitatum animum, atque fructum pa„catissimum exercitatis afferunt. Caeterum hae ipsae circum„stantiae reuelationis, Eliphazo factae, argumentum insigne praebent, quo nostram praerogatiuam et felicitatem comprobamus, quibus verbum Dei, quod ab initio locutus est, quantum eius sufficit nostrae conditioni, (nam restrictio„rem reuelationem sufficere Deus voluit patribus, pro ipsorum statu), in Scriptura Sacra expositum est, vt sine consternatione ac pauore illud consulere, ac quouis tempore adire queamus. accedente maiori Spiritus S. gratia, quod profecto melius est, quam ομωσις οπισθεσθαι, και ενυπνια ενυπνιαζοσθαι.

E 2

Quid

Quid inde? εχομεν βεβαιωτερον τον προφητικον λογον, η καλως ποιετε προσεχοντες ως λυχνω φαινοντι εν αυχηρω τοπω, εις 8 ημερα διαγαστη, και φωσφορος ανατειλη εν ταις καρδιας υμων. 2 Petr. I, 19.

§. XV.

Succedit tandem ipsa oraculi summa, quae duabus absoluitur partibus. Prima generaliter conditionem mortaliū exponit v. 17. Altera comparationem cum angelis specialem instituit v. 18-21. Generale Dei iudicium de conditione omnium hominum sistunt nobis propositiones *ισοδυναμωσα*. *האנוש מאורה יצוק אלה מעשהו יטהר גבר*: ה interrogatiuum *תו* *אנוש* praefixum, fortiorem verbis negandi vim conciliat: ipsa vox *אנוש*, quam LXX. *βροτος* vertunt, hominem in miseria vitae huius considerari iubet. EVSEBIUS Pamphylī originem eius a *נשה* repetit, quod obliuisci significat, et *επιλησμων* interpretatur, quasi animal obliuiosum dicas. Sed certior Etymologia ab *אנוש*, aegrum esse. Oppositorum opposita est ratio. Cum igitur h. l. *אנוש* opponatur *אלה*, humilitatem et infirmitatem innuit, hominemque morti et miseriae per peccatum obnoxium describit. Proinde homini integro non conueniebat, sed demum mortali per lapsum effecto, Gen. VI, 4. Verbum *יצוק*, quod h. l. in Coni. Kal legitur, generatim inuoluit immunitatem ab iniquitate, culpa et reatu, siue illa vera, siue praesumta sit. Transitiue sumtum, vbicunq; occurrit, nunquam significationem illam physicam obtinet, quam Pontificii homines videre sibi videntur, et qua nouae iustitiae qualitates infunduntur, ita, vt homo per internam mentis mutationem ex iniusto fiat iustus. Prouoco ad constantem, perpetuamque vocis huius in tabulis diuinis potestatem, quae tam ex locis, negotium salutis non attinentibus, euidentissime constat, quam ex illis, in quibus modus saluandi docetur. Sic Gen. XLIV, 16. *מה נצטרק*, quonam iustificabimus nos, i. e. quomodo efficiemus, vt pro iustis insonitibusque habeamur. Similiter Deut. XXV, 1. Deus iudicibus praecipit *והצדיק את הצדיק והרשע את הרשע*. In primis memorabile est essatum Salomonis Prou. XVII, 15. *מצדיק*

מצויק רשע ומרשיע צדיק תועבת יהיה גם שניהם: Finge hic quaeſo poteſtatem vocis צדיק phyſicam de collatione iuſtitiae inhaerentis; annon hic dictorum ſenſus foret, qui impium conuertit, Deo abominabilis eſt? Neceſſario igitur aeſtimationis vel declarationis forenſis notio admittenda venit. Ad exempla, quae in contrarium afferri ſolent, ſaepeius eſt reſponſum. Sunt autem potiſſimum duo EL III, 11. מצויק עברי לרביים quod quidem eſſatum ita interpretandum iudicamus: in cognitione ſui, ſcilicet obiectiua, iuſtificabit, i. e. iuſtos per remiſſionem peccatorum declarabit iuſtus meus ſeruus, multos; confer B. IOH. FRANC. BVDDI, Inſtit. Theol. Dogmat. Lib. IV. Cap. IV. p. m. 1304. et Summe Ven. CHRISTIANI FRIDERICI BOERNERI, Theologi apud nos Primarii, Inſtitutiones Theol. Symbol. p. 435. ſeqq. Alter locus extat. Dan. XII, 3. vbi מצויקים doctores nominantur, certe in ſenſu forenſi, qui alios poſt datam cognitionem ſalutarem et fidem accenſam iuſtos coram Deo miniſterialiter declarant, ſicut Nathan Dauidem, poſt veram poenitentiam, iuſtum declarauit 2 Sam. XII, 13. Declaratiue, non collatiue vocem intelligendam eſſe, exinde patet, quod per המטכיריים, collatio iuſtitiae ex inſtitutione euangelica diſerte indicetur. Neque tamen, ſi vel maxime, vt nonnulli cupiunt, oſtendi poſſet, in vno vel altero loco aliter hanc vocem accipi, inde vulnus aliquod cauſae noſtrae inſligeretur. Relinqueretur nihilo fecius, vſitationem et in litteris ſacris maxime obuiam forenſem ſignificationem eſſe, quae adeo in locis, vbi iuſtitia hominis cum iuſtitia Dei conferitur, merito retinetur. Quae cum ita ſint, et a nemine, υποτιπωσιν υγιανοντων λογων tenente, negari queant, eandem forenſem τα צדיק notionem in noſtro oraculo etiam obſeruandam eſſe, iure contendimus. Corruit ergo noui interpretis hypotheſis de Manichaeiſmo tacite aſſerto, et impoſſibili creatione hominis integri, vel reſtitutione lapſi. Neque de Manichaeorum duplici principio, neque de reſtitutione hominis, ſeu immutatione mentis, oraculum agere poteſt, per ea, quae iam diſputauimus. Nunquam Eliphazus, vel reliqui amici iuſtitiam hominis vel

inhaerentem, vel imputatam per fidem in mediatorem negarunt. Illius ipsi auctores et suafores fuerunt, quotiescunque lobum ad seriam poenitentiam et conuersionem excitauerunt; huius qui ignaros, vel in doctrina salutis fundamentali errantes inducit, summæ iniuriæ reum se facit, quum et fides eorum in Deum, et accurata profundæ corruptionis humanæ cognitio contrarium demonstrant. Prolixius disputata per additum מאלוה vterius confirmantur. מ cum צדק connexum efficit, monente GVSSETIO, nomen iudicis et innuit actum, quo reus discedit ab eius iudicio cum titulo iusti. Integram phrasin, in superiori Dissertatione monui, admittere duplicem interpretationem, comparatiuam alteram, alteram positiuam. Ex illa dari solet: num mortalis præ Deo iustus erit; ex hac: num mortalis a Deo iustus erit. Plerosque in priorem sententiam inclinasse video, quod צדק cum subsequente מ alibi etiam comparationem inferat, vt: Gen. XXXIIX, 26. Ezech. XVI, 52. quæ si absit, צדק cum צדק vel עם potius construatur. Respondere debebat nouus Interpres, qui negat, מ comparatiue accipi posse, ad hæc loca, sed magis perspicue respondere, quam in Apologia sua passim, præsertim p. 26. fecit, vbi, quid sibi vbiq̄ue velit, decies relegendo vix ac ne vix quidem potui augurari. Neque etiam satis intelligo, quo titulo mihi opponatur Pf. XXIV, 5. non enim ibi leguntur verba צדק מאלוה, sed ישה צדקה מאלוה ישעי. Diuersarum constructionum diuersa est ratio. Sed excipit ille, nullum vnquam mentis suæ compotem id in dubium vocasse, hominem ipso Deo iustiore esse non posse; nullam ergo subesse causam, cur Deus veritatem indubiam omnibusque cognitam reuelauerit? Quid ad hanc exceptionem respondendum sit, supra iam declarauimus, monentes, thesin ipsam a nemine sui compote fuisse affirmatam, sed κατα το διαλογον sæpe affirmari, quæ κατα το εναν negentur. Quotus enim quisque aduersus diuinam prouidentiam in hoc terrarum orbe regendo fremit, sibiq̄ue persuadet, se asperius a Deo haberi, cum aliis impune omnia succedat, iustiorẽ se Deo re ipsa pronuntiat, et iustissimum numen iniquitatis accusat. Sane hoc ipsum

ipsum Iobo saepius obiectum est, quod se Deo iustiorum in causa sua contenderet, ut dicitur Elihu, moderatior reliquis, collegisse dicitur Iob. XXXII, 2. Ipse etiam Iobus hanc obiectionem remouit cap. IV, 2. 3. ubi iterum iterumque obserues, palam respici ad oraculum nostrum, siquidem Iobus doctrinam sibi notissimam, nec vnquam negatam frustra obiici contendit, atque adeo ע, quod ibi est, stare pro מן, quod hic legitur. Sed missam faciamus hanc sententiam, quae varias apud PINEDAM peperit interpretationes, eligamus positivam, *) quae Deo decus infinitae sanctitatis tribuit, hominemque etiam iustum vereque sanctum semper precari iubet Ps. CXLIII, 2. אלהים כמשפט את עבדך כי לא-הי צדק לפניך כל היום. Sic הוה dupliciter capi potest, nempe a Deo, vel tanquam ab actore, vel tanquam a iudice. Si prius placet, הוה צדק מאלהים valet, iustitiam suam aduersus Deum iniustitiae accusantem euincere, si posterius, infert, iustum et purum consistere coram tribunali supremo, atque inde ex sententia iudicis discedere criminis expertem. Vtrumque cum natura praepositionis מן egregie conuenit; vtrumque in expositione coniungendum videtur. Huc enim redeunt omnia, ut frequentissimum inter homines praedudicium refutetur, quo sibi persuadent, se in sua innocentia coram Deo optime stare, causamque suam afflictam, variis calamitatibus pressi, prolixissime perorare fatagunt. Sed hic intercedit IOH. DE PINEDA, qui non videre se ait, quomodo hic verborum sensus consilio Eliphazi respondeat, aut qua ratione inde colligere queat, Iobum a Deo merito affligi. Quod si autem rem accuratius perpendamus, nihil erit proposito Eliphazi conuenientius. Nam sic euincere voluit, neminem mortalium, quantumuis iustum, iustam habere causam conquerendi, quod a Deo praeter suam culpam affligatur, cum omnes coram eo simus rei, et materiam foueamus

*) Dicitio equidem Hebraea, quae huic fauet, illi non repugnat, sed melius respondere videtur subsequens comparatio cum angelis v. 18, instituta. Accedit hoc, quod Eliphazus perinde ac Bildadus, ubi haec effata in progressu disputationis repetunt, absolute eadem pronunciant Cap. XV, 14. Cap. XXV, 4. Consentiant v.

mus castigationum grauissimarum. Intra hos fines si mentem Viri constringas, nihil est, quod iure desiderari queat; sed abutebatur hoc ipso oraculo Eliphazus ad sinistram, quam de amico conceperat, opinionem fortius vrgendam. Omnino sibi persuasum habebat, Iobum esse hypocritam, qui, si pietatem non data opera ementitus esset, sibi ipse imposuisset; hanc eius hypocrisin nunc a Deo manifestam reddi. Quod vt Iobo persuadeat, persuasumque ad resipiscentiam cohortetur, sistit immensam Dei sanctitatem, oculosque illos sole lucidiores, qui corda et renes scrutentur, ibique maculas non paucas offendant, vbi summa integritas adesse videatur. Idem argumentum alia adhuc ratione Eliphazus effert: **אֵלֹהֵי מַעֲשֵׂה יִשְׂרָאֵל נָבֵר**. Subiectum **נָבֵר** vi originis virum virtute pollentem, praedicatum **יִשְׂרָאֵל** autem, purum esse, designat, siue sit mundities physica, qua quis caret fordibus et maculis, siue sit moralis, qua quis caret peccatis. **מַעֲשֵׂה** ipsum numen, conditorem hominum describit. Integra igitur phrasis iterum negat, hominem virtute sua et iustitia apud Deum, cuius virtus et iustitia omnes excedat limites, quicquam valere. Vtrumque argumentum male ad Iobum adplicabatur. Vtique omnibus, quotquot viuunt, etiam iustissimis hominibus *εὐπεριστατος ἀμαρτία* inest, quae etiam in causa est, vt simus *πολλὰ πταιωντες ἀπαντες*, ideoque spes nostra vnice in iustitia sponsoris, omnibus numeris absoluta, sit reponenda. Inde tamen non consequitur, quod Eliphazus contendit, neminem innocentem a Deo affligi, asperiusque haberi. Videlicet ignorantia in finibus malorum, cum piis, tum impiis, immisso- rum praestrinxit eius oculos, vt confunderet, quae probe discerni debuissent, poenas sceleribus debitas, et castigationes, non in perniciem, sed salutem piorum vergentes. ^{h)}

Iple

- h) Sollicite tenendum est hoc discrimen, quod Pontificii, vt satisfactionibus suis faueant, negligunt. Licet enim non differant ratione *τῆς* materialis, differunt tamen quam maxime *α)* ratione *τῆς* formalis. Impii affliguntur ad satisfaciendum pro iniuriis Deo illatis: secus se res habet cum calamitatibus piorum, qui iustitiae diuinae per Mediatorem vera fide apprehensum iam dudum fecerunt satis.

Diffc.

Ipse Iobus haec in aestu afflictionum non satis obseruauit. Conscia mens recti armis diuinis, oraculo, peti videbatur. Quae quidem omnium grauissima tentatio fractum animum ita obruebat, vt ultra, quam oportet, prouheretur diuinae iustitiae rectius consultum fore ratus, si piis parceret, eosdemque foueret.

§. XVI.

A generali expositione conditionis humanae pergit oraculum ad comparationem cum angelis institutam, v. 18. sqq. Equidem dubitant interpretes, sintne haec verba oraculi, an Eliphazi instantis, et a maiori ad minus ratiocinantis. IOH. COCCHEVS, SEB. SCHMIDIVS, IOH. HENR. MICHAELIS, in posteriorem sententiam inclinant, quam in primis SCHMIDIVS ex particula η , quae est compellatiua, confirmat; ita Deus non compellasse videtur Eliphazum, nisi forte quis statuat, quod in somnio illo cum ipso Eliphazo Deus contenderit. Ad- dit, η ita poni Cap. XV, 15. et XXV, 5. vt sine dubio sint verba Eliphazi et Bildadi ad Iobum. Sed haec ipsa loca non obscure docent, amicos Iobi ad ea, de quibus nunc disputamus, respicere, eademque vt diuinitus edita oracula virgere. Neque vllam subesse causam, video, cur Deus ita non compellare potuerit Eliphazum, quum is diserte asserat v. 12. ver-
ban

Differunt β) ratione causae efficientis. Mala quae afficiunt impios, a Deo grauitur offenso, ea, quae pios premunt, a Deo placato per Christum Patre proficiuntur. Differunt γ) ratione subiecti. Poenae debent improbis, castigationes spectant ad probos. Liberi virgis, serui fuste et exuuiis bubulis caeduntur. Differunt δ) ratione adiuncti et peculiaris denominationis. Mala impiorum audiunt *τιμωριαι* et *καταστις*, aduersitates piorum *παισιαι*, *δοκιμασιαι* et *μαρτυρια*. Crucem ea tantum dicere malim, quae Christi causa sufferuntur. Differunt denique ϵ) ratione finis. Mala, quibus impii immerguntur, eo tendunt, vt demonstrent, Deum esse iustum Vindicem, alios terreat, afflictos ad poenitentiam seriam inuitent. Calamitates piorum eo spectant, vt sapientia et benignitas Diuina, quae suos premit, non opprimit, sed seruat et eripit, magis elucescat, fides cum suis virtutibus prodeat in publicum, Diabolus et mundus confundantur, alii excitentur, pii ipsi in studio pietatis prouehantur, et tandem felicitatem cum temporalem, tum spiritualem, tum aeternam consequantur.

F

bum caeleste singulari quadam ratione sibi annuntiatum esse. Non satis commodus erit verborum nexus, si statuamus, Eliphazum hic oraculi veritatem confirmandam suscipere. Quasi vero, qui oraculum, mortales spectans, in dubium vocare voluisset, Eliphazum cum suo argumento explodere non potuisset, quod sibi iudicium de angelis temere arrogauerit. Quae cum ita sint, rectius eos sentire credimus, qui verba haec pro parte oraculi habent, quibus sanctitas diuinæ gloriæ, omnem creaturæ perfectionem obscurans, declaratur. Confer, quae de hoc argumento, praeunte SCHVLTIENSIO, disputauit Summe Ven. BAYMGARTEN l. c. p. 408. Ex hac sententia omnia sunt clara et facilia, quae illis sunt dubia et obscura, qui, Eliphazum haec de suo inseruisse, credunt. Sic וְהָיָה demonstrandi vim, vt saepius alibi, in Codice S. obtinere potest, vt adeo nesciam, quid CLERICVM mouerit, vt ad haec effata scriberet: aut haec hyperbolica sunt, aut minus vera. עֲבָרִים nonnullis sunt homines, veri numinis cultores, ita R. SALOMO intelligit homines iustos, quos Deus praematura morte ad se recipiat, ne corrumpantur prauis moribus. Non abluunt HOFFMANNVS et CRINSOZ. Chaldaeo interpreti sunt prophetae, quem MERCERVS refutauit, et BOLDVICIVS defendit. Non negamus, et prophetas et homines quoscumque pios seruorum Dei nomine in tabulis sacris saepius venire. Deut. XXXIV, 5. Ios. I, 1. Pf. XXXIV, 23. Pf. CXXXV, 14. Sed nec antecedentia, nec consequentia huic expositioni fauent. Antecedentia si repetimus, videmus, quicquid inter homines sapientia, virtute et sanctitate pollet, id iam omne v. 15. sub nomine גִּבּוֹרִים propositum fuisse, quorsum in primis viri pii et prophetae pertinent. Consequentia si euoluimus, obseruamus, עֲבָרִים diserte מְלַאכֵי nuncupari, mortalibusque opponi. Ergo עֲבָרִים h. l. iidem sunt, qui Pf. CIV, 4. מְשֻׁרְתִים audiunt, non illi, qui domicilium non seruarunt, quod ESTVS et SVLTETVS volunt, his enim non competunt nomina seruorum, et angelorum Dei, sed qui steterunt in veritate, quos Dauid compellat Pf. CIII, quique faciem Dei perpetuo vident, Matth. XVIII, 10. Sed quid $\text{וְהָיָה לָא יִשְׁמַח}$ sibi vult? Interpretes pro more suo non conueniunt. Alii vsam verbi Hiphilici spectant, quo signifi-

cat,

cat, credere, fidere, proinde integram phrasin cum SER. SCHMIDIO sic vertunt: ecce! Seruis suis non fedit, scilicet, quod iusti sint prae ipso. Sed recte monuit Cel. SCHVLTENS, frigescere huic sensum verborum: „si angeli, quantumuis boni et iusti, contenderent cum Deo et persuadere illi „vellent, se iustiores illo esse, non tam in vniuersum et in omni „gradu, quam in quadam causa, quaecunque illa demum sit, in „aeternum tamen non persuasuri essent Deo, vt crederet ipsis, „statueretque, rem ita se habere. „ Pressius adhuc aliquid exhibuit HENR. BEN. STARCKE, in notis Selectis P. II. p. m. 5. ita commentatus; ecce, ne seruis suis fideret; germanice: Siehe, seinen Heiligen wird er das nicht einmal zutrauen, daß sie sich sollten gerechter und heiliger halten, denn Gott, oder seine weisse Regierungs Wege meistern, als ob sie, wenn sie an Gottes Stelle wären, es besser zu machen gedächten. Paulo aliter IOH. COCCHEIUS, quem KORTVMIVM ET REIMARVM secutos esse video; „non fedit: i. e. boni sunt angeli, vt opus Dei, sed non ita boni, „vt non possit eos annihilare, nisi voluntas ipsius gratiosa ob- „staret: recti sunt angeli, et faciunt voluntatem eius, at potue- „runt deficere, Deus, ne deficerent, muniuit illos, non fedit, eos „per se staturos. „ Eodem tendunt, qui stabilitatis, seu firmitatis notionem, priorem altera fidei seu assensus, retinent, quam non possident angeli, nisi cum summa a Deo dependentia, quin immo nullam plane possident respectu Dei. Res omnis redit ad naturam $\tau\alpha$ $\alpha\mu\eta$ potestatem, quae, monente SCHVLTENSIO, stabilem firmitatem infert. Hinc $\alpha\mu\eta$, credidit, confidit, proprie, firmum fidum stabilemque censuit. Loca praestant non pauca, a Ven. BAVMGARTEN eam in rem allegata. Idem Vir summus monet, non incommode per vsum reciprocum $\alpha\mu\eta$ $\tau\alpha$ cum α obiectiuo accipi posse, firmum, securum se censere in aliquo. Sic secundum interiorem vim linguae $\alpha\mu\eta$ $\tau\alpha$ $\alpha\mu\eta$ valebit: in seruis suis non agnosceret firmitatem, scilicet angeli, quantumuis sancti et in gloria caelesti confirmati, perfectionibus illimitatis non gaudent, ob quas sibi aliquid arrogare possint, aut cum Deo contendere, cum omnis illorum virtus, perfectio, iustitia, sanctitas sane maxima, umbra sit ad infinitum sanctitatis diuinæ iubar collata, et a gratia conseruatrice dependeat.

Ipsę angelorum quorundam lapsus docet, eorum perfectiones nec essentialia, nec illimitata esse. Confer Iob. XV, 15. XXV, 5. vbi hoc ipsum oraculum denuo inculcatur, et videbis, omnem verborum vim et rationem eo redire, vt intelligamus, immensum illud, quod est in creatore, omnem creatam perfectionem etiam excellentissimam obscurare, ipsosque angelos nihil quasi efficere apud eum, qui solus est, et qui nomen הקרוש vni sibi vindicare potest, Ef. LVII, 15. SYMMACHVS non male vertit: εν δαλεις αυτε αβεβαιουτης. Res magis confirmatur per additam propositionem εξηγητικων: במלאכיו ישיה תהלה **ישיה** stylo Scripturae S. vt plurimum sancti illi spiritus veniunt, qui Deum perpetuo colunt, ipsiusque iussa exsequuntur Pf. XCI, 11. Pf. CIV, 4. Hanc nominis rationem h. l. minime defendendam esse, ex Cap. XV, 15. et XXV, 5. discimus, vbi pro **מלאכיו** habemus **שמיהו**, angelorum domicilium. Pronomen suffixum satis perspicue docet, de angelis bonis sermonem continuari. **ישיה**, quod, ex mente B. ADOLPHI HOFFMANNI, impediendi vim obtinet, sed sine teste et tabula, multo rectius obseruandi et imputandi potestate gaudet Ef. XLI, 20. 1 Sam. XXII, 15. Pf. LXVI, 2. Deut. XXII, 3. תהלה crucem Philologorum si dixeris, non erraueris. Plerique interpretes vocem *απαξ λεγομενην* a radice הלל deriuant, atque pro duplici, qua pollere creditur, potestate, *splenduit, et insaniiuit*, pars splendorem, pars insaniam, inferunt. Hinc quidam ex praecedenti membro repetunt negationem לא h. m. et in angelis suis non ponet lucem exactissimam, seu absolutam. Alii **סו** praefixum voci **מלאכיו** simul faciunt concessiuum, h. m. quanquam in angelis suis posuit splendorem; alii aliter. Maxima tamen interpretum pars insaniam stultitiamque commodiorem existimauit, sed non vno eodemque sensu. Nam nonnulli cum SEB. SCHMIDTIO sensum potentialem admittunt: et in angelis suis posset ponere stultitiam, si cum Deo vellent contendere; alii cum IOH. COCCIO comparatiuum: et in angelis suis ponit stultitiam, nempe si veniant in comparisonem diuinae virtutis et perfectionis. Mitto alios, qui in angelis lapsis hanc insaniam quaesierunt, vt et Vulgatum, qui תהלה per prauitatem, ac LXX, qui per *σκολιων τι* reddiderunt. Sed non praetermittendum

dum existimo magnum GVSSETIVM, qui sub radice ללל locum nostrum ita interpretatur: „Deus pro sua potentia potest, si velit, facere, ut angeli ipsi appareant tam obtusi, ut sint pro stultis habendi. Minus commode meo iudicio. Quos sententiarum fluctus Cel. SCHVLTEVS altius reputans, deserendam existimauit notionem, quam linguae analogia ipsa non admittat, aliamque ex Arabico idiomate, via tamen non vna, petiit. Quod si non is es, qui auctoritates omnes contemnis, forte non adeo displicebit, monuisse, eandem viam VIROS doctos iniisse, ex quibus HOTTINGERVM in Anal. Iobi, KROMAYERVM in vsu linguae Arabicae, ADOLPHVM HOFFMANNVM et Ven. BAYMGARTEN ad h. l. nominasse sufficiat. His omnibus תרהר est imperfectio, et defectus; nec dissentit SYMMACHVS, qui pericopam nostram sic vertit: *εν αγγελοις αυτη ευρησει ματαιοτητα*. Quid multis? Ipse Eliphazus optimus verborum interpres est, qui Cap. XV, 15. oraculum nostrum sic vertit: *הן בקרשיו לה : אמין ושמי לה זכר בעיניו*. Cogites, quaeso, Deum ipsum introduci loquentem, agnosces, nihil minus dici posse, quam quod hic expressum. Quibus non inest אמנה, essentialis et immutabilis firmitas, quae tantum est in Deo Amen, in illis notari potest, immo notatur ab ente summe perfecto, תהרה, imperfectio et defectus varii, etsi non peccaminosi, ex finita angelorum conditione oriundi, quam licet eo usque perfectionis euehas, ut mens ultra nequeat, semper tamen respectu numinis immensi arcibus finibus conclusa manebit. Sed hic in alia omnia pro more suo abit nouus noster Interpres, oraculum ita per paraphrasin vertendo: Siehe da (am natürlichsten läset sich hier etwas sichtbares, nemlich die nach gerade aufgehende Planeten, Saturnus und Venus gedencken) seinen, Gottes seinen Knechten wird er, jeder so genannte Mensch, nicht mehr trauen. Ja selbst seinen, Gottes seinen, Engeln wird er, jeder Mensch und Mann Thorheit beymessen. Dahin istts nun wenigstens gekommen, daß man denen, die man für Knechte Gottes gehalten, (die Rede geht, per v. sequentem in diesem ersten Gliede noch auf Menschen, vornemlich auf Hiob) hinführo nicht mehr trauen, ja selbst denen Engeln Gottes, Thorheit beylegen, und sich also selbst in Sünden damit entschuldigen und verhärten wird. Vides, quid Vir doctus noua

arte sua quidlibet ex quolibet fingendi, vt dudum de hac metho-
 dolo iudicauit Vir post fata colendus B. IOH. IAC. RAMBAC-
 HITVS in vberiori expositione Regul. Hermeneut., efficere pos-
 sit, scilicet portentosum quendam Saturni et Veneris ortum
 videt, quem nemo hactenus vidit, nec amici Iobi vnquam per
 somnia videre sibi visi sunt. Alio loco, scilicet in altera appen-
 dice libri, cui titulus: *Entsiegelter Daniel*, paullo aliter vertit:
Siehe da am Himmel unter seinen Knechten gehts nicht recht zu,
und auch seine Boten überführet er der Thorheit. Vtrobique Eli-
 phazum nefandis artibus astrologicis deditum fingit, qui stellas
 pro Diis inferioribus habuerit, et turpissimum Mercurii, aequae
 ac Saturni cum Venere coitum crediderit. Sane, si hoc non est
 fingere, et in Virum pium peccare, quid erit? Piget, his fabulis,
 quas nemo sanus, ne quidem ex Barbaris credit, sed poctis,
 quibus quidlibet audendi semper fuit aequa potestas, reliquit,
 inhaerere. Ipsa earum recensio stat pro refutatione proluxa.

§. XVII.

Tendimus proinde ad finem oraculi, qui conditionem an-
 gelorum, hactenus expositam, ad humanam imperfectionem ap-
 plicat. Absoluitur autem haec applicatio tribus propositioni-
 bus aequipollentibus. Prima exhibetur, v. 19. *אף שכני כתר חמר*
אף שכני כתר חמר. *אשר בעפר יסודם ירכאום לפני עש*. Nec haec esse
 Eliphazi, sed oraculi continuantis verba, ex ipsa connexion cum
 antecedentibus elucescere crediderim, quod etiam IARCHIVS
 agnouit, ad initium Cap. V. annotans: *עכ רכר הנכונה*, nec esse,
 quod secus sentientes excipiant, Eliphazum et Bildadum, eadem
 denuo inculcando verba commutasse, quod forte in oraculo ipso
 non ausi fuerint, ex eo patet, quod Viri Sancti in repetendis
 oraculis diuinis saepe studio verba immutauerint, rem tenuisse
 contenti. Ex hac ipsa vero repetitione, quae fit Cap. XV, 14.
 et XXV, 16. facile demonstrari potest, particulam *אף*, quae ap-
 plicationem nunc explicandam inchoat, stare pro *כי אף*, vt adeo
 nimis confidenter noster Interpres, praeeunte LVD. DE DIEV,
 pronuntiet, *אף* pro *כי אף* nunquam poni. Quum autem di-
 uersam haec particula, pro diuersitate rei substratae, potestatem
 nunc intendendi, nunc imminuendi obtineat, diuersam etiam
 inter-

interpretes viam iniuerunt. Sunt, qui argumentationem ad v. 18. respicere volunt; his valet אף, *quanto magis*, vt sit sensus plenus: quanto magis imperfectione laborant homines. Sunt, qui cum COCCERIO ad v. 17. referunt; his placet notio, *quanto minus*, hoc sensu: quanto minus iustificabuntur inhabitantes domos luteas. SEB. SCHMIDIO magis arridet vsus vocis frequentior, quo valet, *etiam*. Cel. SCHVLTENS verti cupit, *iam vero*, vide, quae prolixè ea de re disputauit p. 117. Quicquid fit, in eo et Cel. SCHVLTENS et B. SCHMIDIUS nobiscum contentiunt, quod illatio ab angelis ad homines longe inferiores instituat, qui ipsi non sine emphasi nunc describuntur שכני בתי המר. Quaeritur: quidnam sint domus luteae? PINEDA, COCCERIVS, CLERICVS et REIMARVS aedes orientales, ex luto ad solem durato constructas ac proinde minus firmas in oppositione ad caelestia angelorum habitacula, CHALDAEVS interpres sepulchra, BOLDVCCIUS speluncas et cauernas terrae, in quibus sancti degerint Hebr. XI, 38. innui volunt. Nobis ex inductione locorum, quae 2 Cor. V, 1. 2 Petr. I, 13. 14. Cohel. III, 20. atque alibi passim prostant, non est dubium, quin ipsa corpora mortalia, η επιγειος ομοιω τω σαρκες, describantur. Etiam apud profanos Scriptores occurrunt loca quam plurima, vbi corpus hoc ex puluere factum et in puluerem rediturum per Gen. III, 19. modo σαρκες, modo σμας audit. ¹⁾ Huc tendit altera phrasis אשר בעפר יסדה; Sunt, qui pronomen אשר ad domos luteas referunt, quae, vt arenae instabili superstructae facillime corruant, quam in mentem HIERONYMVS: Si domus luteae sunt corpora nostra, fundamenta domorum nostrarum, vitam hanc temporariam esse, credendum est, qua subtrahita, domus luteae ruunt in mortem. Eodem inclinant TREMELLIVS et RORTVMIVS. B. SCHMIDIUS vero ad pedes haec traxit, qui, cum sint fundamentum corporis et ex solidioribus quidem ossibus, haec autem re vera ex terra seu puluere consent, simile ipsi aedificio fundamentum praestet. Ad formationem primam respici, credit MERCEVVS, per quam homo ex puluere factus est. VATABLVS contra

1) Vid. IOH. ALBERTI Obf. Phil. in Sacros Noui foederis Libros p. 360. et IAC. ELSNERI Obf. S. in N. T. Tom. 2. p. 145.

tra ad resolutionem vltimam applicat, putatque יסוד nominari corpus, quod sit basis et vehiculum animae. Omnia haec displicent Cel. schvltensio; qui per יסוד nec pedes, nec corpus, nec vitam temporariam describi, sed id, quod in homine maxime firmum et solidum existimatur, asserit. Prouocat ad Iob. XXII, 16, 7, ubi legimus **וְיָסוּד כְּסֹדֵךְ יִסוּד** quod in iis maxime firmum et solidum habetur, vt aqua diffluit et delabitur. Hinc specialius notari credit facultates viresque excellentissimas non corporis, sed animi, in quibus est quasi basis hominis rationalis; Quae facultates cum lapsu peccaminoso ita sunt collapsae; vt re vera iam יסוד seu fundamentum **עָשׂוּ** sit in puluere, quippe cui corruptio perpetuo inhaerescit, ipsas etiam virtutes labe non vna inficiens, quae puram et perfectam obedientiam Deo praestare non sinit. Mysticam hanc pulueris notionem ex Pl. CIII, 14 elucescere, credit Vir Summus. Ego, si quid iudicando assequi possum, neutram interpretationem alteri aduersari video; totam igitur phrasin sic accipio, vt cum prima hominum origo, tum vltima dissolutio, tum ipsa animi nostri cum puluere connexi miserrima conditio exponatur, quam in rem auctor libri Sapientiae Salomonaeae Cap. IX, 15. ait: *Φθαρτον σωμα βαρυνει ψυχην, και βρειθει γεωδης σαρκος εν πολυφροντιδα.* Vides igitur vtramque phrasin generalem omnium hominum descriptionem exhibere, atque adeo ab interprete Chaldaeo ad impios, a nouo nostro Interprete ad vilissimos homines, Bettler und Räuber Gesinde, vt loqui amat, male restringi. Hinc etiam plenius cognosces vim essati **לפני עש** **ורכאו**. Vrgit hic Vir doctus defectum subiecti, ex antecedentibus ita supplendum: die da wohnen in *seimem Häusern, die im Staube ihren Grund haben, werden sie, die vorgedachten Knechte Gottes, quo ipso in primis Iobus petitur, zuschlagen beym Anblicke des Sternes Asch, i. e. Saturni.* Sane inuita accentuatione, quae exigit, vt hemistichium prius, a posteriori probe discernatur. Alii ergo hunc defectum aliter supplendum duxerunt. Sunt, qui cum MERCERO angelos, Dei ministros; Sunt, qui cum SCHMIDIO ipsum Deum trinunum subaudiunt. Minus concinne. Communior sententia est, verbum personale sumi impersonaliter, non quod in eiusmodi locutio-

locutionibus nulla detur persona agens, sed quod sit indeterminata. Exempla sunt in tabulis sacris passim obuia, et in B. SAL. GLASSII Philologia S. euoluenda. His nostrum etiam locum addendum esse, nullus dubito, atque adeo verbum impersonaliter locatum ad innumeros casus refero, quibus corpus humanum atteritur, et densa malorum agmina, quibus cum conflictatur, durante viua hac morte sua. Quae adduntur $\psi \epsilon \nu \epsilon \nu$, ab interpretibus non satis expedita sunt. Non iam respicio BOLDVCCIUM cum lepido suo commento de congregatione generali, coram qua, i. e. palam, homines sint comminuendi. Doctores Iudaici stellam arcturi nobis obtrudunt; alii septem stellis vrsae prope polum arcticum delectantur. Nouo Iobi interpreti toruus aridet Saturnus, sub cuius aspectu omnia in Iobum mala irruisse tenet. Non negauerim, $\psi \nu$, vel $\psi \nu$, quandoque sidus caeleste definire; Prostant loca disertissima Cap. IX, 9. XXXVIII, 32; sed quale illud sidus sit mobile an fixum, quotquot ad Astrologiam Iobaeam commentati sunt, ignorassent, nisi Vir doctus ex nouis suis linguae Hebraeae recessibus Saturnum demonstrasset. Supra monuimus, nobis minime congruum videri, nomina constellationum ex fabulis orta et recentioris haud dubie inuentionis antiquissimo huic monumento esse inserta. ^{k)} Equidem hic intercedit IOH. COCCIVS, prouocans ad S. Lucam, qui Actis Apostolorum etiam fabulosa admiscuerit nomina, Iouis, Dioscurorum, etc. Sed quis vnquam asseruit, librum Iobi aetate S. Lucae esse compositum, aut Lucam illa $\mu \nu \alpha \sigma \tau \eta \mu \alpha$ nauis, quam Paulus conscenderat, appinxisse? Demonstrant nobis, qui secus sentiunt, 1) nomina siderum, Saturni, Martis, Veneris, Arcturi, Pleiadum, quae ex fabulis effinxit Graecia,

ab

k) Conf. Cl. HYDIUS in Comment. ad Tab. stell. fix. Vlugh Beighi p. 22. 23. et Dissertat. Historico Philologica de hebdomade gentilium, et dierum a Planetis denominatione, Berolini 1747., de qua vide Hamb. Freye Urtheile und Nachrichten n. 92. et 97. ad annum 1747. Adde etiam WEIDLERI Historiam Astronomiae Cap. IV, §. 8. in primis DIONEM CASSIVM in Histor. Rom. Libr. XLVII, p. 38. Edit. Leuclau.

G

ab antiquissimis orientis incolis, iam ante fuisse frequentata. 2) Sacros scriptores haec ipsa astra intendisse; vsque dum haec demonstrari nequeunt, Vir Doctus *πυκτεται, ως αεγα δεγων*. Sed quid multis ambagibus opus? Ipse nouus Interpres vltro concedit, *שע* etiam tineam definire; Pro uoco ad Iob. XIII, 28. quae vocis potestas si etiam h. l. commodum fundat sensum, quid nos vrget, vt longum et „difficile iter in Saturnum suscipiamus? Equidem non probo illud *Piscatoris*: citius, quam tineam, conterent eos; „nec illud *LVD. de DIEV.* praesente, superstitite, vel quasi „conspiciente tineam; nec illud *MERCERI*; a tineam quasi ante „tineam positi homines miseri et eius arbitrio permitti attentur in sepulcro; a qua sententia non multum abludivit „*SCHMIDIVS*, qui ita vertit: Deus homines conterit coram tineam; vt non possint manere integri et intacti ab illa. Magis arident, quae *Cel. SCHVLTENS* pro ea, qua pollet, iudicandi dexteritate ad h. l. obseruauit, mortales, qui alibi *Cap. XXV, 6.* *רמה* et *תולעה* audiunt, nunc cum *עש* comparari; *לפני* autem, quod saepius per *coram, ante*, vertitur, stare pro *כ*, particula similitudinis. Hunc usum vox obtinet Iob. III, 24. 1 Sam. I, 26. Sic etiam apud Latinos, ad faciem valuisse ad instar, ex *PLAVTO* discimus *Cist. I. 1. 73.* *ad istam, faciem est morbus, qui me macerat.* Non igitur male *ABEN ESRA* vertit: *כעש*, etsi *טו ירכאום* referat ad *בתי חומר*, vt domus luteae dicantur conterere suos incolas *כעש*, sicut tineam, quod praestat impersonaliter verti: conterent eos, velut tineam. Re tamen curatius expensa, omnem verborum difficultatem euanescere crediderim; si hunc eis sensum tribuas, homines viuos adhuc atteri, antequam tineam mortuos in sepulcro tangat. Verbum *רכא* proprie est, tundendo terere et comminuere. Habes in hac voce lentam, molestam, omni momento incumbentem vim mortalitatis, quae a primo vitae halitu vsque ad extremum adhaerescit homini, eumque etiam, dum crescit, quasi depascit, et atterit. Habes originem labe infectam, et perpetuam miseriam in suis fordibus contabescentem. Ad hos casus miseros, mortales atterentes, spectat etiam continuatio senten-

sententiae v. 20. **מִכְרָר לַעֲרֵב יִכְתֹּר מְכַרֵּי מִשִּׁיִּם לַנֶּצֶחַ יֵאָבְדוּ** quod quidem enunciatum SCHMIDIVS ad rigorem literae ita interpretatur: multos homines eodem die nasci et denasci, et quamvis id non adeo frequenter fiat, attamen, quod nonnullis contingit, quia omnibus contingere possit, rectissime omnibus tribui, atque ad describendam communis miseriae infirmitatem adhiberi, prorsus ut homo recte dici possit *εφημερος*. Novus Iobi interpretes vertit: Vom Morgen bis zu Abend, noch diesen bevorstehenden Abend, werden sie ausgerottet werden. Sed nullo exemplo comprobavit, quod **מְכַרֵּר** hunc ipsam diem designet. Rem si diligentius perpendimus, dictio haec duo inuoluit momenta. 1) Misericordiam humanam esse continuam a mane, i. e. ab initio vitae usque ad vesperam et finem eius instantem. 2) Ipsam vitam hominum, quam mensibus et annis emetiuntur, esse diem ad occasum vergentem, seu tempus brevissimum. Ita enim phrasin **לַעֲרֵב מְכַרֵּר** in libris sacris et continuationem non intermissam, et brevitatem indicare videmus. Confer Exod. XVIII. 14. Et XXXVIII. 12. 13. **יִכְתֹּר** **סָד**, cuius formam SCHULTENS ex gemina radice **כָּתַר** et **נָכַר** conflata esse coniicit, violentam compunctionem et confusionem, siue lente, siue subito peragatur, infert. Adposite profecto homines dicuntur contundi, quorum corpora paullo ante lutea et puluerea audiunt. **מְכַרֵּי מִשִּׁיִּם**: Locutio concisa nonnihil obscuritatis habet. Proinde interpretes in diuersas partes abiisse videbis. Plerique, subaudiendum esse **לָב**, cum Hebraeis contendunt, sed quis sit ille non aduertens rursus quaeritur. Alii homines ipsos mente concipiunt; sed diuerso sensu; vel, quod non aduertant, se tam cito perituros esse, atque adeo mors non opinantibus veniat, ita B. LUTHERVS; vel, quod non respiciant, animum ad Deum conuertendo, in quem sensum Vulgatus vertit: quia nullus intelligit; vel, quod homines non possint sibi auxiliari, ita **οι υ.** **Παρα το μη δυνασθαι αυτες εαυτοις βοηθησαι.** IOH. COCCIVS dubius, in quam sententiam descendat, ita vertit: „neque est, qui apponit animum, vel alius, ut vitam illis prolonget aut restituat, vel ipsi, ut attendant vitae suae

G 2

„breui-

breuitati., SCHMIDIVS ipsi Deo haec iterum applicat, qui, quum solus sua misericordia impedire queat hominis interitum, non impediat. Sequitur SCHMIDIVM, quod miseris, nouus Iobi interpres. Versio IVNII et TREMELLII ita se habet: nemine disponente, i. e. sua ipsorum infirmitate, citra vim seu manum illatam. Eandem adoptat sententiam Cel. SCHVLTENS, eamque ex Iob. I, 8. confirmat. Sed pergimus ad sequentia: לַנֶּצַח יֵאָבְדוּ. Optime COCCIVS: ruunt fluuntque omnes ad sepulcrum, nulli sufflamatur aetatis decursus, nusquam inhihetur falx mortis, et ex morte ad vitam redire nequeunt. Sane nihil est in vtroque vocabulo, quod non pro materia subiecta sponte sua se ipsum restringat et doceat, omnes in vniuersum homines post breuissimae miserrimaeque vitae spatia destrui, et perire, sine vlla spe restitutionis in integrum pro praesenti saeculo. Hos fines qui transcendunt, et de animarum exitio aeterno hic agi putant, τα σαρμματα υπερβανωσι. Nimis argute B. HOFFMANNVS in hoc ipso loco, quo alii ad mortem animae adstruendam abutuntur, indicium futurae resurrectionis extare credit, proinde לַנֶּצַח vertit: ad incorruptibilitatem. Quemadmodum אָבָר quamcunque destructionem, ita נֶצַח quamcunque durationem seu continuationem, siue sit aeterna, siue sit diuturna, infert.

§. XVIII.

Illustris Pericope graui sententia finitur: הֲלֵא נֶסֶע in cuius expositione rursus non vsquequaque convenire Viros doctos deprehendimus. Cel. SCHVLTENS monet, ה non semper interrogare, sed saepe fortiter asserere. Prouocat ad 1 Sam. II, 27. 1 Reg. XVI, 31. Ier. XXXI, 20. Particulam לֵא vero substantiae h. l. designare το μὲν. יָרֵר, quod residuum, reliquias, neruum, excellentiam denotat, de excellentibus animi pariter ac corporis facultatibus exponit, quibus tumere solent homines sibi-que placere, qua de causa ita vertit: „Profecto nihil conuulsus est neruus eorum, qui in ipsis. Sed quid sit illud nihil conuulsus, melius perferisci, quam verbis exprimi, addit.

Nos

Nos nihil vrget, vt obscurum exponamus per aequè obscurum; retineamus igitur consuetam vocum notionem: sensus erit obuius et facilis. כסע, quod in Kal. notat, se mouere, alio proficisci, in Niphath translationem infert, qua res suo loco mouetur, cessat et desinit esse. ירר, quod proprie residui potestatem inuoluit, et metonymice praestantiam, qua quid prae reliquis eminet, designat, h. l. cum ad Spiritum post fata superstitem, tum ad imaginem Dei, summam hominis excellentiam, tum ad reliquas eius praerogatiuas optime transferri potest. Quam in rem IOH. COCCIVS: „nonne abigitur optimum illorum in ipsis? i. e. dum viuunt, „antequam mors illis excutiat omne, quod habent, iam „perit et migrare compellitur ipsorum ingenium, ratio, memoria, iudicium, et quicquid habent pretiosae dotis. „Optime SEB. SCHMIDIVS: „nonne ablata est excellentia eorum, „quae erat in illis? i. e. imago diuina et iustitia originalis, „qua per lapsum amissa, genus humanum morti est obnoxium, et vera destituitur sapientia. „ Nam in morte hominis omnia cessant, puluis seu corpus ex puluere conditum reuertitur in terram, et Spiritus redit ad Deum, qui dedit eum, Cohel. XII, 7. ימררו ולא בחכמה. Sunt, qui haec cum IUNIO ita accipiunt, quod nulla sit sapientia, qua mortem euadere queant homines. CLERICVS non satis commode: moriuntur, non, vt decet sapientes, nempe aegre ferunt mortem, quum sapiens aequo animo debeat mori. Idem de Cel. SCHVLTENS noua expositione monendum, qui vim vocis חכמה in solida coniunctione firmam tenet: nihil in illis firmum, nihil solidum. Non rectius se habent, quae HENR. BENED. STARCKIVS in notis selectis ad loca dubia V. T. P. 2. p. m. 7. obseruauit, vbi ad negatiuum ה לא interrogauitum repetit, ita vt ימררו stet pro duobus: *nonne proficisci cogitur excellentia eorum, si moriuntur, nonne etiam cum omni sapientia?* scilicet moriuntur. ממשוּת subesse vult IOH. DE PINEDA, pro: *in magna stultitia*, cuius vestigijs etiam nouum lobi interpretem insituisse video. Omne tulit punctum B. SCHMIDIVS, qui statuit, חכמה ipsam innuere imaginem Dei, cuius praecipua pars perfecta

perfecta et sancta sapientia exitit, ut adeo hic sensus emergat: Moriuntur, et quidem, ut a Deo praedictum est Gen. II, 17. non in sapientia illa perfecta, quae aliquando in iis erat, et ne nunc quidem in renatis est, tamen quotidie ad imaginem diuinam restaurentur. Eum autem in finem sapientia originalis cum morte hominis coniungi videtur, ut constet, non tantum hominem nasci in peccato, et cum defectu imaginis diuinæ, sed etiam mori ante plenam eius restitutionem. Vnde conuincitur, quod nullus homo iustus sit, nedum iustior Deo, non tantum ab initio vitæ suæ, sed et vsque ad finem eiusdem. Sic omnis ab omnibus gloria iustitiæ propriæ remouetur, et argumentatio a miseria et mortalitate hominis ad defectum iustitiæ procedit, perinde atque Paulus fecit Rom. V, 12. 13. 14.

§. XIX.

Hoc ipsum est, quod Eliphazus Cap. V. acrius vrget. Equidem nouus Iobi interpretes etiamnum oraculum, quod ipsi non diuinum, sed diabolicum est, vsque ad v. 17. continuari credit. Quæ ex re v. 1. et 2. sic vertit: Sage an, wer es sey, der dich anrede, und auf was für einen von den Heiligen du vor andern siehest. Ja was den tollen (Iob) anbelanget, so wird ihn erwürgen der Zorn, und den albern Mann wird der Grimm verzehren. Quam coactæ sint hæc artes Viri Docti ingeniosæ, nemo non, qui fontes Hebraeos bibit, videt. Euidentiſſime apparet, Eliphazum in ipsis Cap. V. initiis, tanquam victorem, amico, ut putabat, iniustitiæ et hypocrisicos conuicto, denuo instare. Animum ei addiderat oraculum præmissum, cuius diuina auctoritate munitus, in certamen descendit, Iobumque ad respondendum prouocat; ita קרא iudiciale h. l. vocabulum est, et, quicquid actor facit in iudicio, vel per se, vel per patronum, vel per testes, complectitur; ענה vero causæ defensionem notat petitæ delatam. ויש ענך, num erit tibi respondens, i. e. nemo causam tuam defendendam suscipiet; Omnes etiam Sancti in caelis vno ore ac mente profitebuntur, omnem suam

suam sanctitatem deleri fulgore diuinarum virtutum, Deumque in grauiſſimis etiam iudiciis, ſicubi ea exercet, infinite iuſtum eſſe. Sic v. 30, ad quem interpres noſter in primis prouocat, vt coniecturis ſuis fidem faciat, experientiam in ſubſidium vocat Eliphazus, perinde ac Dauid Pf. XXXVII, 35. 36. quae docet, impios, tamenſi aliquamdiu rebus vtantur florentiſſimis, ſubito euerſi; quo ipſo aculeo Iobum pungi, non eſt dubium. Sed hic terminus eſto. Non enim omnes Interpretes noſtri *ψευδομνηστικῶς* excutere lubet. Sufficiebat euiciſſe, viſionem Eliphazi nec fictam, nec diabolicam, ſed veram et diuinam eſſe.

DISSERTATIO EXPLICIT.



DE VISIONE ELIZABETHAE
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...

171000

R



X 226.4059



MELETEMA THEOLOGICVM
DE
VISIONE ELIPHAZI

Iob IV. 12 - - 21.

NON FICTA SED VERA NON DIABOLICA
SED DIVINA

QVOD

IN SOLEMNI DOCTORVM
THEOLOGIAE PANEGYRI

D. XXIX. APRIL. A. R. S. MDCCLL.

IN ACADEMIA LIPSIENSI

C E L E B R A N D A

E X H I B E T

L. CHRISTIANVS GOTTLOB
E I C H L E R

ARCHIDIACONVS AD AEDEM D. NICOLAI

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A N A .

